ANTIQUITATIS MUHAMMEDANAE MONUMENTA VARIA

FRAEHN

ANTIQUITATIS MUHAMMEDANAE

MONUMENTA VARIA

EXPLICUIT

C. M. FRAEHN

Theologiae atque Philosoph. Doctor et AA. LL. Magister, S. Maj. Imp. Russ. a Collegiorum Consiliis et Ord. St. Annae Eques cl. II, Academiae Imp. Scient. Petrop. Sodalis ordinarius Antiquitatibus Orientalibus interpretandis operans, Musei Asiatici Director, Bibliothecae Acad. Praefectus primarius, Biblioth. Imp. publ. Bibliothecarius honorarius, Societatibus litter. nonnullis honoris ergo adscriptus.

PARTICULA I.

EPITAPHIUM CUFICUM MELITENSE ET ONYX CUF. SORANO - NEAPOLITANUS.

Ex Actor. Acad. Imp. Scient. Petrop. Volumine VII.

PETROPOLI MDCCCXX.

Litteris Academicis.

On sait que, pour expliquer avec succès les inscriptions et autres monumens du même genre, il ne suffit pas d'avoir acquis une connoissance même approfondie de la langue dans laquelle ils sont écrits: à cette connoissance, qui est indispensable, il faut joindre celle du génie, des idées, des opinions religieuses, des préjugés mêmes de la nation à laquelle sont dus ces monumens; connoître les formules qui lui sont le plus familières, avoir appris à distinguer celles qui sont plus spécialement affectées à chaque espèce de monumens, enfin s'être familiarisé avec ces restes de l'antiquité par un long exercice. Sans ces études préliminaires, dirigées vers cet objet, la sagacité naturelle ne sert souvent qu'à égarer, en substituant à la realité une apparence plus brillante que solide. — Ces réflexions ne sont pas moins applicables aux inscriptions Arabes qu'à celles de la Grèce et de Rome, etc.

Le Baron Sylv. de Sacy dans son *Mémoire sur quelques Inscriptions Arabes existant en Portugal.* Voyez Histoire et Mémoires de l'Institut Royal de France, Cl. d'Hist. et de Littér. anc. Tome II, p. 596.

LECTURO.

Marmorum aliorumque monumentorum Cuficorum, quae in vulgus edita exstant, *bona pars* dici non potest quam temerarias vanasque nacta sit interpretationes, sive alia, quam translaticia lippisque et tonsoribus nota continebant sive charactere minus perspicuo erant exarata. Eorum interpretes aut idoneâ destituebantur linguae Arabicae peritiâ, aut in palaestrâ Arabico-palaeographicâ non satis subacti erant, aut inscriptionum exemplis minus accuratâ curâ expressis utebantur; subinde accidebat, ut haec tria simul in unum convenirent. Adde, quod plerique nonnunquam pravo et praepostero indulsisse videntur pudori, quo moti ne auctoritas sua imminuatur verebantur, si hanc illamve inscriptionem, ipsis ut solverent propositam, vel totam vel ex parte capere se posse ingenue negâssent. Ex hisce fontibus pravae monumentorum Cuficorum profluxerunt interpretationes haud paucae, quibus ut fidem haberent, mox alii viri docti, utpote Arabicae vel linguae vel palaeographiae certe expertes, facile inducebantur; quin eo progressi inveniuntur, ut illis interpretationibus conjecturas historicas superstruerent, sed subsessuras illas cum solo, cui impositae.

Tempus monere mihi visum est, ut non solum temeritas illa atque levitas, quà monumenta Cufica *aliquam multa* tractata video, retegatur eoque alii in fide eorum explicationibus adhibendà cautiores reddantur, sed etiam rectior aenigmata Cufica solvendi via

monstretur. Id geminum consilium existimavi a me effectum dari posse, si unam alteramve inscriptionem, lectu illam quidem difficiliorem, sed illaesam et integram, sed fideli delineatione expressam, atque talem, quam alii ante me explicare parum prospero successu conati sint, mihi sumerem accurate commentandam ita, ut tum priorum interpretum examinarem pericula, tum meum qualecunque pro virili probarem. Atque tales deprehendi talique modo tractavi, quas tenetis, Inscriptiones Melitensem et Soranam.

Utramque hanc commentationem abhinc quatuor vel quinque annos a paucis si discesseris talem, qualem nunc edidi, scribebam in abdito recessu Kasanensi versans et idoneo apparatu nudus. Nunc ubi prelo subjiciendas percurrebam, potuissem mehercle multa eaque non nullius momenti ad positorum a me fidem corroborandam addere. Id enim illustrissimi Ouwarowii, Praesidis hujus Academiae, singularis in litteras Asiaticas amor et gravis quà pollet auctoritás effecit, ut harum litterarum cultori jam in hac Septentrionis metropoli, quemadmodum numorum aliarumque antiquae memoriae Asiaticae rerum, sic librorum Orientalium et typis excusorum et manuscriptorum apparatus adsit sane quam invidendus. Verum utut eo utendi etiam pro eâ, quae nunc cum maxime agebatur, caussâ lubido animum incesseret, ab eo in praesenti abstinendum arbitratus sum. Scilicet in immensum excrevissent hae scriptiunculae, quarum quidem in copiolà acquiescere animus posse videtur. Uno tamen opere, quod et ipsum Viri laudatissimi sapienti consilio Museum Asiaticum acceptum refert, non uti nefas duxi; dico veri. Rosarii Gregorio *Rerum Arabicarum, quae ad Historiam Siculam spectant, amplam Collectionem*, quippe quae *monumento-*

rum Cufico-Siculorum numerum haud exiguum sistit. Nec frustra haec quidem monumenta consului. Ea enim perlustrans non modo inveniebam quae ad lectiones meas firmandas adjicerem testimonia, verum etiam mirabundus deprehendi hanc speciosam monumentorum Cuficorum Collectionem indignum in modum ab interprete تغمده الله تع برحمته habitam esse, ita quidem, ut *exceptis sex vel septem omnium reliquarum interpretationum nulla deprehendatur labe vacua, quid? quod complures, eaeque fere inscriptionum historicarum, a capite ad calcem inducendae* sunt; adeo earum auctor a veritate aberravit, aut explicare sustinuit, quae utpote vel temporum injuriam nimiam passa, vel minus fideli arte delineata, explicari nequeunt. Mirabundus etiam deprehendi ex illis monumentis adscripta et afficta esse *Siciliae*, quae *Aegypto* patriâ usa sunt, veluti N. XXXIX et XL, et pravis interpretationibus inductum editorem doctissimum super rebus prorsus alienis fuse disseruisse; veluti cum de *Othonis* IV Imperatoris cum Saracenis Siculis conjunctione ad Monumentum XXXV disputat, in quod, ut in alia nonnulla, prava interpretatio *Othonem* male ingessit (*). Hoc illius Collectionis splendidissimae ulcus num ante me alii jam animadverterint et animadversum prodiderint, ut nescio, ita vix credo; nam censores doctos, etsi, circa alias operis memorati sectiones varie peccatum esse, in ephemeridibus litterariis notaverint, de hac sectione sententiam pressisse video. Itaque haud cunctatus sum id nunc tandem in antecessum patefacere, non quidem singula atque omnia illa monumenta Siculo-Cufica de industriâ recensendo et notando, (id inpraesentiarum fieri vetabat locus) sed non nisi quae

(*) Vide Comm. de Onyche Sorano not. 6.

datâ occasione offerebantur vitia corrigendo (*); unde jam sat exemplorum natum est, ut ex ungue leonem *hunc* cognoscas.

Est mihi animus hanc meam operam in Monumentis Cuficis illustrandis inchoatam continuare, et posthac *non solum* quidquid eorum tam a Rosario Gregorio quam ab aliis viris doctis editorum minus recte lectum est, singulari commentatione junctim notare et, si pote, emendare, *verum etiam* complura id genus monumenta *inedita*, in Russiâ vel reperta vel nunc quidem asservata, meâ interpretatione aucta in vulgus dare. Ex posteriore genere nominatim hîc commemorare placet *Thecam Koranicam Chani alicujus Kasimowiensis*, *Poculum cum inscriptione geminâ, unâ Arabicâ, Belgicâ alterâ*, *Epitaphia Bulgharica*, *Cippum Cuficum in sede Archiepiscopi Kasanensis et Simb.*, *Lampadem Bylarensem*, *Ocream ferream Aegyptiacam*, *Talismanum Kasanensem*, *Concham magicam*, et all. Neque tamen eâ, quâ in his duobus primis monumentis commentandis utendum censui, prolixitate posthac utar. Pensum ut peragere queam, commodâ defungar brevitate. Scr. Petropoli m. Febr. a. MDCCCXX.

Nota. Id unum moneo, in Comment. de Epit. Melitensi litteras ر *d* et ز *ds* passim pro ر et ز adhibitas esse; cui vitio in alterâ de Onyche, cujus specimina prima ad memet mitti curavi, occursum est, ejectis nunc quidem duabus illis formis, quas, etsi huic typorum minusculorum generi, ad similitudinem scripturae Ta'lik accedenti, magis conveniant, a typothetâ hoc parum distingui a ر et ز videbam, et in earum locum substitutis, quas ex formis minusculis Schnoorianis jam antea additas deprehendebam.

(*) Vid. supr. pagg. 13. 15. 23. 45, not. 6, 46. 47. 48. 61. 62, not. 21. 64 et ib. not. 23.

EPITAPHIUM CUFICUM MELITENSE

ANNI P. C. N. MCLXXIV.

In compluvio domus cujusdam de amplissimis Melitae civibus insertus muro cernitur lapis cum longâ inscriptione magnis characteribus Arabicis exaratâ, monumentum Arabum quondam Melitae dominantium superstes. Exempla ab hac inscriptione expressa docti hospites complures secum abstulerunt; at operam lusisse videntur. Celeberrimo Assemanio proposita est; at non constat, quo interpretationis successu usus sit. Celeberrimum etiam Camillum Falconetum de eà consuluerunt; atque is quidem asseruit, in medio lapide legi epitaphium filiae cujusdam Arabis nobilis, nomine Hassan; quae autem a tribus partibus circumjecta cernantur, esse sententias de communi hominum fatali sorte, e Korano petitas. Sed haec universe et laxius, nec omnia recte quidem dicta. Multi deinceps alii viri doctrinae excellentis interpretationem hujus inscriptionis tentârunt, sed irrito successu (1).

Post tot irrita conamina qui multis illis magnisque, quae sane objiciuntur, difficultatibus nil territus fortiter aggrederetur arduum opus, est vir in omnibus virtutibus excellentissimus Andreas Jacobides Italinsky, Eques, Augustissimo Russ. Imperatori a consiliis arcanis ejusdemque ad 'Osmanidarum Sultanum antea, jam vero ad Pontificem maximum Romanum Legatus. Tantâ in nobilitate at-

(1) V. *Fundgr. des Orients.* Vol. I. p. 393.

que luce quis non miretur tetricae Minervae singularem amorem? at vero studium in ipso argumento, quod non nisi hominis chartis impallescentis esse videbatur, illustrando positum quis est, obsecro, qui mecum non stupeat etiam? Habet sane Russiae Musa Asiatica, quod sibi gratuletur talem in ipsis magnatibus fautorem et cultorem intelligentem. Vir illustrissimus hujus epitaphii interpretationem novam et talem, quae ad singula atque omnia descendat, accuratâ ipsius *cippi imagine* et animadversionibus philologicis auctam, libri egregii Viennensis modo laudati Volumini primo ([2]) inseruit.

Operi cuique incipienti favendum; quia maxima difficultatis pars in aggrediendo negotio sita Hoc si arduum est, quis primus tentans non hìc illic pedem in eo offendat, quis non aberret a viâ? *Συγγνωμη πρωτοπειρῳ*, et شتان ما بين السهل والحزن Atque in hoc quidem epitaphio, bone deus, quot salebrae asperrimae ubique impediunt! Character Arabicus ad Karmaticum, quod vulgo dicunt, genus accedit, ductibus mire et absque ullà normâ intricatis et inflexis, obrutus ornamentis superfluis, quae saepe ab ipsis litteris aegre distinguas, idemque, quod molestissimum est, mirandum in modum vagus et inconstans; unde fit, ut primo intuens non possis non exclamare (cum Plauto): *haec praeter Sibyllam leget nemo!* Jam adde maximam elogii partem, non Koranicis, ut alias plerumque, constantem sententiis, sed a cippi auctore forte profectis iisque sublimiore atque poëtico conceptis stylo, id quod divinandi et interpretandi difficultatem magnopere augeat necessum est. Quid igitur, obsecro, mirum, si qui *primus* hoc volvere saxum forti brachio et multâ vi aggressus fuit, prius, quam totum evolvisset, deficeret. Ego quidem neutiquam miror; et mihi fidem habeatis oportet, si modo verum est, quod dicunt المطلى بالنار اعلم بحره. Nimirum et ipse rem tentabam, sed idem ipse deficiebam, et quidem integer defatigato quasi succedens.

([2]) p. 393 - 397.

Etenim anno MDCCCXI nactus primum *Fodinarum Or.* Volumen quum in illâ epitaphii Melitensis interpretatione, utut omnibus numeris absoluta a cl. Editore dicta sit (3), racemandum aliquid relictum animadvertissem, quae racematus eram, ut rectone incederem tramite docerer, communicabam illi viro, quo vix subactior alter in hac palaestrâ palaeographicâ exstitit, Olao Gerhardo Tychsenio, tunc incl. Universitatis Rostochiensis Procancellario et LL. OO. Professori meritissimo, nunc eheu rebus humanis erepto. Erant autem fere haec: in N°. 1 omnia fere jam eodem, quo nunc lego, modo legenda videbam; in N°. 2 legebam على pro غبر et مضجعى pro مضجع in N°. 3 تخبر pro تخل; in N°. 4 recte jam tunc legebam versum primum: انظر بعينيك هل فى الارض من باق او دافع الموت او للموت من راقى; versus etiam secundi initium recte quidem transcribebam الموت اخرجنى قصرا فيا اسفى, sed adeo dubitanter, ut alias simul proponerem conjecturas. In iis, quae proxime sequuntur, misere hallucinabar. Et ultimum versum tunc temporis transcribebam hunc in modum: وفى مدرى وهباءى لما قدمت من عمل محص على وما خلفه باقيا Male.

Senex grandaevus, quo me meaque studia amplectebatur favore singulari, ita ad posita a me rescripsit sub finem anni MDCCCXIII: „Ich ersehe zu meiner innigsten Freude aus ihrer Kritik des Transcripts und der Uebersetzung der Malthesischen Cufischen Grabschrift in dem Th. I. p. 393 f. der Fundgruben des Orients, „dafs Sie auf dem geraden Wege der glücklichen Entzifferung der „alten Arabischen Denkmähler und ein Meister in der Kunst sind; „weil Sie sich genau an den Buchstaben halten, und nicht zu leicht „nubem pro Junone ergreifen. Als ich im Jahr 1810 das obgedachte Volumen der Fundgr. erhielt: so bemerkte ich freilich alle „die Versehn in der Area figurata, die Sie auch gefunden haben,

(3) l. c. p. 393 „*Nessuno riuscì mai a darne una traduzione ragionevole e compiuta. Alla fine noi abbiamo il vantaggio di averla attualmente*, eccet.

„ und welche die zum Theil sehr gekünstelten und veränderlichen
„ Buchstaben - Figuren leicht veranlassen konnten. “

Addebat, se a. MDCCCXII, quo cel. Hartmannum, Professorem Rostochiensem, et cl. Magistrum Sjöbring, Succum, in legendis marmoribus Cuficis exercuerit, hujus epitaphii interpretationem perscripsisse, eamque licet in re non unâ parum sibimet ipsi satisfacere professus ad me transmisit.

Ego vero lectâ, quae ab hoc etiam tanto viro profecta erat, interpretatione, animo (quid negem?) cadere, spem perdere, consilium abjicere hujus aenigmatis Oedipaei unquam a me solvendi. Attamen intervallo sat longo interjecto denuo forte id perlustranti mihi aliquantum plus lucis videbatur affulgere. Observata a me, etsi nondum omnes numeros habeant, in medium proferre non dubitavi, siquidem (ut sat trito dicto utar) ما لا يدرك كله لايترك كله ودرك بعض الخير خيرمن ترك الكل. En vobis itaque lectionem meam, cujus parti primae (N°. 1.) faciliori illi uncinis inclusa inserui, quae a Duumviris illis alio, quam quo a me, lecta modo sunt; in reliquis autem eorum versiones, in postremâ etiam transcriptiones integras meae praemisi.

N°. 1.

بســـم اللّٰه الرّ

حمٰن الرّحيم وصلّى اللّٰه

على النّبىّ محمّد وعلى

آله وسلّم تسليماً للّٰه

الْعِزَّةُ وَالْبَقَاءُ [والبقى :It] وعَلَى خَلْقِهِ كُتِبَ الْفَنَاءُ [الفنى :It]

وَلَكُمْ فِي رَسُولِ اللَّهِ أُسْوَةٌ حَسَنَةٌ هٰذَا قَبْرُ

مَيْمُونَةَ بِنْتِ حَسَّانَ بْنِ عَلِيٍّ الْهُذَلِيِّ [الهد ابن :It: et Tychs] وَالِي

(مَائِرِ) [ماين :It: وليد :T] السُّوسَةِ [السوسى .It: et Tychs]

تُوُفِّيَتْ رَحْمَةُ اللَّهِ عَلَيْهَا [نور ويرحمه الله وغابها .It] يَوْمَ الْخَمِيسِ

السَّادِسَ

عَشَرَ مِنْ شَهْرِ شَعْبَانَ الْكَائِنِ [الكابر :It] مِنْ سَنَةِ تِسْعٍ وَسِتِّينَ

وَخَمْسمَايَة

وَهِيَ تَشْهَدُ أَنْ لَا إِلٰهَ إِلَّا اللَّهُ وَحْدَهُ لَا شَرِيكَ لَهُ

i. e.

In nomine Dei, mi-
seratoris, misericordis; et bene precetur Deus
Prophetae Mu'hammedi atque
genti ejus et salutem impertiat omnigenam. Dei est
potentia et aeternitas, sed creaturis ejus sancita est caducitas.
Vobis autem in Apostolo Dei exemplum est egregium. Hoc est se-
pulcrum
Maimunae filiae 'Hassani, filii 'Alj, Huseilitae, Praefecti (vel Frumentarii) *Susae* [*It:* Ali Elhud, filii . . . . Susani. *Tychs:* Ali Elhed, filii Welidi, Susani].

Animam reddidit illa, cui gratia divina contingat, [*Ital.* Che iddio lo illumini e gli sia benigno. Essa cessò di vivere (4)] *feriâ quintâ* (s. die Jovis) *sexto decimo mensis Scha'ban, qui est* [*It:* „magni" (5)] *anni quingentesimi sexagesimi noni* (6).

Testabatur autem non esse Deum praeter Allah, unum, aequali carentem.

N°. 2.

يا مَنْ رأ القبرَ انّى

قَدْ خبيتُ [*It.* et *Tychs.* بنيت] بهِ و

الترْبُ عبرٌ [*Tychs.* علية]

أجفانِى [*Tychs.* اخفانى] و

آماقِى فى

مَضْجِعى [*It.* مهجع]

Ital.

O tu che miri la tomba! in essa sono io tratta quale sposa; porto le ciglie ingombre di polvere; il sonno della morte mi ha chiusi gli occhi (7).

Tychs.

„O is, qui videt hoc sepulcrum, quod equidem dudum exstruxi, „et mausoleum excelsum, quod me tegit et angulos in cubili meo,"

(4) i. e. „quem Deus illuminet et benignus respiciat! Desiit ea vivere."

(5) *del gran mese di Sch.*

(6) I. e. d. 21. Mart. a. 1174 p. Christ. nat.

(7) i. e. „O tu, qui contueris hoc sepulchrum! tracta in id sum tanquam sponsa, su„percilia gero oppleta pulvere; mortis somnus meos occlusit oculos."

Fr.

O tu, qui vides (hoc) *sepulchrum, en ego abscondita in eo delitesco,*
pulvere inquinante
palpebras meas et
rhanteres meos in
(hoc) *meo recubitorio.....*

N°. 3.

وَمُقَامِي فِي ٱلْبَلَآءِ

عبن وفى

تُشُورِى

اذا ما حُبِيتُ [حياتى *It.* et *Tychs.*]

خَلَاقِى [خلّاقى *It.* et *Tychs.*]

أُحْبَى [الى *Tychs.* احى *It.*] فُخْر(ا) [وفخر *Tychs.* فخذ *It.*]

وَجَنَّةً [وجنّة *Tychs.* ودين *It.*]

Ital.

Però questo stato di prova è transitorio; nell' ora della resurrezione, quando il Creatore mi restituirà alla vita, rivedrò piena di gioja i miei congiunti, e felice ne riporterò la mercede (8).

(8) i. e. „Attamen hic status tentaminis transibit; die resurrectionis, quum Creator me „revocaverit in vitam, laetitia plena denuo videbo cognatione mihi junctos eoque „felix mercedem reportabo."

Tychs.

„ Et statum in' tentamine, exemplum capiat! Sed in meâ re-
„ surrectione, quum me vivificaverit creator meus ad gloriam et pa-
„ radisum ,

Fr.

At commoratio mea in tentamine
non diuturna est ; atque in
resurrectione meâ ,
ubi impertiar sorte meâ ,
nanciscar gloriam
et paradisum.

الطب نفسك هلّ فى الارض من نافى او دافع الموت او للموت
مرزاء فى

الموت اجر جنّى قصر افيا اسقا لم يتحيز ماه القانى واعلا فى
ضرّ وتب مهيا بما مرقد من عمل محصا علا وما خلفه باقياه

Il genio del tuo animo risplendette quì in terra nella tua condotta in una maniera discordante: or nel procurar di rispingere la morte, or nella sollecitudine di rendertela vantaggiosa. La morte è dessa che fa passare allo stato della celeste rimunerazione , ove si gode il soggiorno dei beati tra il rezzo dei campi ameni ed il mormorar dei ruscelli d'acque perenni. Risorgeranno però dannati a soffrire pene atroci, aspersi dalle acque soporifere, li perfidi malfattori i quali non hanno dietro loro lasciata nel mondo alcuna opera buona (9).

(9) i. e. „Indoles animae tuae hîc in terrâ se manifestat modis inter sese repugnantibus, vel „mortem repellendi studio vel commodum ex eâ capiendi conatu. Mors ipsa est „quae perducit ad statum remunerationis coelestis, ubi beati laeti commorantur in-

Tychs.

اَنظر بعينيّ هل فى الارض مُن باقى او دافع الموت اوللموت
من راى فى
الموت اجر حبّى فضلا فى اسافى لُمّ يتحيّر منّة القرانى واعلى
فى طرب وهناء رُبّما قدمت مِنْ عُمل محّص علىّ وما خلفه باقيًا

„ Oculis meis contemplabor ([10]), num sit in terra perennis aut mortem propellens ([11]), aut respectu mortis quis vidit in

„ Morte praemium amoris mei (in Deum), lucrum pro moerore meo? Restitutio in integrum seliget beneficium constellationis meae et summum

„ In hilaritate et voluptate saepe praestitit praxi examinationis meae et ei adhaerescentibus bonis operibus. "

Fr.

أُنْظُرْ بِعَيْنَيْكَ هَلْ فِى الْأَرْضِ مِنْ بَاقٍ أَوْ دافِعِ الْمَوْتِ أَوْ لِلْمَوْتِ
مَنْ راقِى
الْمَوْتُ أَخْرَجَنِى قَصْرًا وَيَا أَسَفِى لَمْ تُنَجِّنِى مِنْهُ أَبْوَابِى وَأَغْلَاقِى

„ ter camporum amoenorum umbras et rivorum perennium murmura. At Damnati „ ad subeunda supplicia acerba resurgent, aquà adspersi soporiferà, impii scelerati, „ qui bonorum operum nihil in mundo post se reliquerunt."

([10]) *Tychs.* notam subjecerat hanc: Vocabulum secundum بعينيك legendum est, ut nunc video, non vero بعينى. Inde jam pro apodosi haec habens, verto: *Tu* (spectator) contemplare.

([11]) Vide me supra pag. 3.

وصرت رهنا بما قدمت من عمل محضر علىّ وما خلفه باقى

Oculos attolle et vide, sitne in terrâ, qui perennet, aut qui repellat mortem, aut mortem qui magicis averruncet artibus.
Mors me sustulit violenter, nec eheu! me miseram salvare potuerunt portae meae neque serae meae.
Jam oppignerata teneor cum pro iis, quae (in alteram vitam) *praemisi, operibus ibi mihi repraesentandis, tum pro eo, quod retro reliqui* (12).

Jam agedum ad singula a nobis eruderata, quae egere videntur, testimoniis corroboranda accingamur, caussas etiam addentes eas, quae, quominus idem cum Duumviris laudatis sentiamus, impediunt.

---

ad N°. 1.

بسم) Per scripturae rationem, quae in hoc epitaphio obtinet, hoc vocabulum etiam باسم legere liceat, ita quidem, ut Elif cum sequenti litterâ coaluisse statuas, contra orthographiae quidem Arabicae leges, non vero praeter morem et passim in aliis monumentis et in nostri ipsius vocabulo الله l. 6 obvium. Verum etiamsi alias dicunt باسم, ut in illo *Korani* اقرا باسم ربك: tamen, quia usus evaluit, ut in hac quidem *unâ* formulâ tritissimâ بسم الله vel plenius بسم الله الرحمن الرحيم, — quae alteri antea consuetae: باسمك اللهم *in nomine tuo, o deus!* a Mu'hammede prophetâ substituta est (13) — littera ا elidatur et pro باسم scribatur بسم (14), praestat caudam

---

(12) Pressius converti, metu ne circumscribendo Arabica vel consuetudini Latinae magis accommodando alieni quid immiscerem.

(13) Vid. Abulf. *Annal. op.* Reisk. T. I. p. 126.

(14) Quod in *numo Seldschukidico* apud Adlerum, in *Mus. Cuf. Borg.* Tom. II. N°. LVIII. بسم امير المومنين deprehendatur, quum tamen hîc باسم scribendum fuisset, id jam olim miratus sum, in *L. de num. Bulgh.* p. 45. Et recte me offendit insolita ratio. Nam deinceps hîc loci in *Bibliothecâ Imperiali publicâ* numum vidi Adleriano simillimum, ex quo intellexi ven. Adlerum in

illam, quae litterae ب altius (ut item solet in hac formulâ) ascendenti praefixa est, pro ornamento habere, quali passim in hoc epitaphio litteras praeter morem modumque auctas videre est; veluti ل in هل, ى in اسفى etc.

وسلم تسليما) Quod in *Fodin. Orient.* legitur وسلام تسليم operarum errori adscribendum arbitror. Quem enim fugerit usus tritae illius formulae faustae apprecationis, soli nomini Mu'hammedis prophetae ([15]) apponi solitae: صلى الله عليه وسلم, et mos eidem insuper haud raro, للتاكيد seu ad vim augendam, adjiciendi تسليما? — Ceterum in وسلم ([16]) illo absolute posito observo subintelligendum عليه, quod modo praecessit, scilicet: *et dicat ei: es-salam aleik.* Talem ellipsin usus fert Arabicus, e. c. *Hist. X Vezir. ed.* Knös pag. 87: سجد له ودعى, *Vit. Tim. ed.* Mang. I, 405: قضيا ماربهما و نحرا, *Chr. Arab. ed.* S. de Sacy I, 178: تاسفوا به وساوى; et, qui inprimis apposite ad nostram caussam facit, locus est in praefat. 'Alii ben Sultan Mu'hammed Herawi ad Commentar. suum in *Banet So'ad* النبى صلى الله عليه وسلم وشرف وكرم, ubi intellige وشرفه وكرمه

legendâ hac voce errâsse. Nimirum non بسم, sed تسيم legenda est. Vide meos *Beiträge zur Muhammedänischen Münzkunde* p. 50.

([15]) Exstat de hoc argumento tractans liber Arabicus, (vid. Herbel. art. *Delail* et *Giozuli*) isque nuper Museo Academiae Asiatico accessit. Inscriptus est كتاب دلايل الخيرات وشوارق الانوار فى ذكر الصلاة على النبى المختار لابى عبدالله محمد بن سليمان الجزولى. Hic codex agit de faustae, quae Mu'hammedi Pr. fit, apprecationis virtutibus et de variis huic Prophetae prospera precandi modis. (Eidem Mscpto, etiam insunt: nomina seu epitheta Prophetae CCI numero, et imago الروضة المباركة s. Mu'hammedis sepulcrum, quod Medinae est, repraesentans.)

([16]) Pro quo male Michaëlis in *Supplementis* ad *Lex. Ebr.* art. p. 1762. ويسلم habet; quem errorem miror non correctum esse ab aliis viris doctis Michaëlem citantibus. — Contra ويسلم legere, quam وسلم, mallem Abulf. *Ann.* T. III. 614, ubi textus sic habet: ونساله ان يصلى على محمد واله وسلم تسليما.

والبقاء) Quod in *Fodinis OO.* legitur واليقى sphalma typographicum esse pro والبقى, vix est quod moneam. Neque vero ipsum والبقى recte haberet. In archetypo video ا in fine vocis, nempe والبقاء, idque ipsum قافية seu rhythmus in τῳ الفناء obvius requirit. — Utor opportunitate oblatâ annotandi, verbum بقى cum suis derivatis etsi plerumque de *aeternâ* duratione ideoque fere de *Deo*, ut hoc ipso loco, adhiberi amet, — unde الباقى unum de الاسماء الحسنى s. epithetis Dei est, et hominem τῳ بقاء seu immortalitate gaudere negant; ([17]) — tamen et *hominibus* fausta apprecantes, ut fere modum excedunt Orientales, passim eodem utuntur, ut ابقاك الله, ادام الله بقاءك pro: Deus te salvum conservet in serum aevum; atque sic quoque in *Inscriptione Turris Diarbekrensis*, in Niebuhr. *Itiner.* T. II Tab. XLIX, legendum اطال الله بقاءه pro نعماه, quod O. G. Tychsen. in *Elem. Arab.* p. 61 dedit.

خلقه) خلقا in *Fodin.* iterum operarum lapsus est. Formula autem illa وعلى خلقه كتب الفناء, frequenter in Muhammedanorum epitaphiis obvia, non est, quod sciam, Koranica, licet *Koranus* passim in eundem sensum loquatur et hunc tueatur verbi كتب usum, quo cum على constructum plerumque denotat *sancire*, *decernere aliquid in aliquem.* De mortis lege, ut hoc loco, usurpatur etiam apud Taberium in Wahlii, V. Cl., *Arab. Anthol.* pag. 216. الموتة التى كتب الله عليك

الفناء) Etiamsi Epitaphium الفنى prae se ferre videatur, malui tamen الفناء, Elif ultimum *ob spatii angustiam* decurtatum

(17) Veluti Elmacin. pag. 74. لابقا للانسان, et alius *poëta* apud eundem p. 48: لست بالباقى, nec non p. 263: اعلم بانك لا بقاءك (sic. leg.), item Ibn-er-Rumi apud Reisk. ad Abulf. *Ann.* T. II. not. 446: وليس بباق ولا خالد, et Mutenebbi in Reisk. *monum. med.* p. 78: الى اسلم فما ابقى

esse censens, quemadmodum etiam in ل τοῦ لا in *Epit. Panorm.* in Rosarii Gregorio *Rerum Arab. Sic. Collect.* p. 146 observare est. Τὴν ὁμοιόπτωσιν ita bene habere, jam antea monui ([18]). Neque vero conveniret الفنى cum البقاء, nec cum البقى.

اسوة (ولكم فى رسول الله اسوة حسنة) in *Korani* locis in *Fod. Or.* citatis, ubi eadem formula legitur, *exemplum quod imiteris propositum* denotat. Qui sensus quum mihi parum aptus videatur in hoc aliisque, ubi occurrit, epitaphiis, اسوة intelligo de *exemplo, quod ad tristem solandum adhibetur, dum scil. aliorum illi exempla recenses*, quemadmodum bene explicuit Pocock ad Togr. 197. In verbo nempe اسا et *consolandi* potestas inest, unde Lexicographi اسوة ipsum *solamen* etiam interpretantur. Usum a Pocockio adductum probabunt haec exempla: Tograï v. 46: وان علانى من دونى فلا عجب لى اسوة بانحطاط الشمس عن زحل, Ibn-Doreidi *Poëm.* v. 193 ed. Scheid: فى خطوب الناس للناس اسى, Abulf. *Annal.* T. II. p. 84. ولنا بما قبلنا اسوة et *poët.* ib. T. IV, 588: لم يشنه اذا طيف بالراس منه وله اسوة براس الحسين Perbene haec faciunt ad nostrum illustrandum locum ejusque hunc sensum probandum: *haud mirandam esse communem hominum fatalem sortem, quum vel ipse Mu'hammed Apostolus divinus eam non effugerit; imo ex ejus tanti viri exemplo consolationem capiundam esse* ([19]). Adjicere expediet موعظة seu παραίνεσιν ex *Chutbâ* aliquâ *Kasanensi:* ايها الناس اعلموا ان الموت

([18]) Atque aliis in Epitaph. البقاء et الفناء distincte cernuntur, veluti in *Puteolano* apud Ros. Gregorio l. c. p. 152., et in *Messanio* ib. pag. 166 initio versus Cufici secundi, quod, ab Interprete non captum, ipsum و الفناء est.

([19]) Recte me assequutum hujus sententiae sensum, Petropoli copiam *Collectionis a* Rosario Gregorio editae nactus intellexi; nam ibi اسوة cum عزاء *solamen* conjunctum occurrit pagg. 152. 155. 166. quod, quae vis priori vocabulo tribuenda, dilucide docet.

معقود بنواصكم (20) لا بد من ذوقه لكل امير ووزير وكل صغير وكبير وكل مسكين وفقير ما نجى من الموت ادم صفى الله وما نجى من الموت نوح نبى الله وما نجى من الموت اسماعيل ذبيح الله وما نجى من الموت موسى كليم الله وما نجى من الموت عيسى روح الله و ما نجى من الموت محمد حبيب الله يا توم الموت كل نفس ذائقة الموت ونبلوكم بالخير والشر والينا ترجعون i. e. *Scitote, o homines, mortem vestris innodatam esse antiis. Ejus poculum gustet necessum est omnis et Emirus et Wesirus, omnes parvi magnique, pauperes atque inopes omnes. Mortem non effugit Adam vir dei purus, nec effugit Nu'h* (Noë) *propheta dei, nec effugit Isma'il immolatus deo, nec Musa* (Moyses) *qui locutus cum Deo, nec 'Isa* (Jesus) *spiritus dei, nec Mu'hammed dilectus deo effugêre mortem. O devota morti pectora!* (21) *quidquid vivit mortis gustat poculum. Tentamus vos, vel bona immittendo vel mala. Tandem ad nos revertemini.*

Ceterum sententia, quâ cum maxime occupamur, passim in elogiis sepulchralibus occurrit, verum ab interpretibus parum animadversa videtur. Sic in *titulo Cufico Columnae lapideae*, quae *Musei Societatis Antiquit. Londin.* est, felicius quidem ab O. G. Tychsenio quam ab omnibus, qui ante eum tentaverant, explicato (Rostoch. 1789), neutiquam tamen ad liquidum jam perducto, versibus 3 – 5 exstat. Sed vir doctissimus quod فى *in* legendum erat, minus recte legit فز idque vertit: *decessit*, e vitâ nempe; quasi hoc verbum etiam (quemadmodum in مضى , ذهب all. obtinet) de *mortis itinere* usurparetur. Non ita est. اسوة autem a suis diremtum et ad proxime sequentia tractum pro titulo habuit defuncti Jusufi. Attamen in Tab. adjectâ, nec non pag. 9, ipse dubitans

(20) Leg. بنواصيكم .

(21) Quod in MS. est يا توم الموت mihi non arridet.

maluit legere اسفر , quod ex archetypi characteribus manifeste اسوة exhibentibus neutiquam elicueris. Vertit autem: *ora.* At *orandi* vis huic verbo non inest. Imposuit viro doctissimo Castelli Heptaglotton, in quo phrasis اسفروا بالفجر (est ea autem ex *'Hadis* desumta) liberalius conversa est: *orate multo mane.* Verteris potius: *surgite cum primâ aurorâ;* sed quia ibi de precatione agitur, potuit utique reddi per صلوا مسفرين

Occurrit item in epitaphio, quod in *turri ruinosa Lilybaei* (Marsalae) cernitur apud Rosar. Gregor. l. c. p. 155, at perperam lectum: — وفى رسول الله — اسفرعن هذا قبر et perperam versum: *ipsique Apostolo dei* (scil. adscriptus est interitus.) *Ora apud hoc sepulcrum* — coll. b. Tychs. in *Elem. Ar.* p. 64. qui item فر (vel p. 146. نز *decessit*) et اسفر عن , aliena illa, huc quoque admisit. Corrige utroque loco: وفى رسول الله — اسوة وعزاء *in legato dei — exemplum, quod animos erigat, et solamen est.*

Etiam in *Epitaphio Puteolano* apud Relandium in *Diss. de Marm. Arab. Put.* pag. 5. et apud Rosar. Gregor. l. l. pag. 152, quae Relandus وفى رسوله النبوة وعدا legit vertitque: *impleat deus praedictiones prophetae suo factas,* Abbas autem de Longuerue non additâ transcriptione ita reddidit: *persolvit totum debitum istud Apostolus. Supplicate ei* (Deo); *nam misericors est,* — ipsam illam sententiam paullo pleniorem sistunt وفى رسوله اسوة وعزاء *in legato ejus exemplum, quod vos erigat, et solamen habetis.*

Porro eadem sententia in *Cippi Messanii* apud Rosar. Greg. l. c. p. 166 fragmento deprehenditur; nam posterior ejus versus, quem b. Tychsen. non cepit, hunc in modum legendus est: الفناء وفى رسول الله اسوة وعزاء هذا قبرابى بكر i. e. (creaturis sancita est) *caducitas. Sed in legato dei exemplum animos erigens et solamen est. Hoc est sepulchrum Abu-Bekri* —

حَسَّانَ) Hoc scil. nomen proprium, sive حَسَّانٌ sive حَسَّانُ proferas, perinde est. Prius si sequeris, ab حسن derivatum adjectivum formae فعّال est; alterum autem, ab حسّ derivatum, formae فعلان existeret. Adjicio verba Wan-kulii: حسان حانک فتحی وسینک تشدیدیله بر رجلک اسمیدر واکر انی حسندن فعال وزنی اوزره قیلرسک منصرف ایدرسن واکر حسدن فعلان وزنی اوزره قیلرسک که حس فتح حایله قتل معناسنه‌در یاخود کسر حایله ادراک معناسنه اولن حسدن فعلان قیلرسک لاینصرف ایدرسن

بن علی الهذلی والی [مأثر] السوسة) Accipe, quae, quominus in iis, quae in *Fodin. Or.* et apud Tychsenium exstant, acquiescat, animum impediunt. Nomen proprium علی الهذلی auribus Arabicis insolitum plane esse judico; unde admittere dubitaverim. Quod proxime sequitur بن potius, quam ابن legendum foret. Videtur ductus ille, qui per connexas superne litteras ه et د trajectus est, pro ا habitus esse, hujus rationis patrocinio forte petito a تشهد ان in ultimo hujus N. versu, quod eâdem in caussâ versari videtur, nisi ا male excidisse in apographo statuere mavis. At moneo, hunc ductum in hoc epitaphio solummodo ornandi caussâ passim adjectum esse, ut in هذا et محمد; deinde ابن si legeris, admitti, quod linguae legibus non satis conveniat. بن, non ابن, scribendum, quum praecedit nomen proprium simulque sequitur nomen patris, eaque conjunctim non sententiam nominalem (جملة اسمية) constituunt. بن igitur legendum foret. Quamquam hoc non urgeo, quatenus tam in libris quam in monumentis passim contra hanc regulam grammaticalem peccatum est. Neque ad hoc ipsum approbandum facile inducor. Litteram *b* initialem altius productam defendere utcunque posset بسم initio epitaphii et بكر apud Rosar. Greg. l. c. p. 166 in fine alterius versùs Cufici, alia exempla ut taceam. Verum tamen nostro loco neque *b* initialis, nec, quae sequitur littera, *n* finalis esse videtur; imo quisquis accuratius adspexeris, vix poteris, facere, quin pro

لى habeas ([22]), coll. على N°. 1. l. 5. et اماتى N°. 2. Quo conjuncto cum praecedenti insolito الهد, habebis الهذلى i. e. *Huseilites, oriundus ex Huseil*, celebri illà tribu Arabicà. Idque posui — At enimvero vocem proxime sequentem, hujus versus penultimam, unam de difficillimis et maxime ambiguis totius elogii pronuntiare non dubito. Exc. Italinsky transcripsit ماير; quamquam ipse sibi diffidens in versione exprimere veritus est. Estque sane nomen insolens, licet a ductibus archetypi non abhorreat. Equidem aliquando, vocem praecedentem الهذلى legens, hanc والد (*pater*) suspicabar transcribendam; sed quod alieno loco posita, nec usitata tali in caussâ est, item quod ultimam litteram vix pro *d* habeas, damnabam. Tychsenius legit وليد *Wàlid* s. *Welid.* Nomen proprium autem, quale Welid est, licet, si vocabulum antecedens بن legendum foret, optime huc quadraret: tamen, ut de hujus بن fide non constat, ita in hanc et ipsam lectionem وليد notandum est, *d* a consuetâ figurâ in hoc epitaphio alias usitatâ nimis abhorrere, atque potius *n* vel *s* (ز) vel *r* finalem esse videri. Hanc igitur lectionem recipere veritus, dedi السوسة (vel ماير) والى الهذلى, licet mihi ipsi nondum satisfaciens et meliora circumspiciens. Scilicet nec mea nullum dubitationi relinquunt locum. Si والى legeris, ا quidem sequenti litterae junctum tuetur رسول الله quod supra legitur; sed hanc, quae cernitur, ى finalis figuram quo tuear non invenio nisi forte in على primi versûs *Columnae prope Monasterium S. Georgii* in Ros. Greg. *Coll.* p. 143; licet illam summa, in quâ hujus ipsius litterae ductum finalem versari hoc epitaphium probat, varietas excusare queat. Numquid igitur ماير legere praestat? Unice verum pronuntiarem, nisi negotium facesseret haec vox hìc tanquam muneris appellatio adhibita. Quod autem السوسة legerim pro السوسى, id tueatur litterae ة finalis negligentius exarandae consuetudo. سوسة *Susa*,

---

([22]) Etiam Tychsenius id non negavit, ita quidem sentiens in responso ad me dato: „Es kann freilich, was unmittelbar auf الهد folgt, لى gelesen werden; allein da„durch werden die folgenden Namen ungeniesbar."

cujus iste Hassan sive *Wali* i. e. *praefectus*, *gubernator*, sive *Maïr* i. e. *frumentarius* s. *rei frumentariae magister* fuerit, est urbs τοῦ مغرب الاوسط s. Maghrebi medii, C. mill. Arabicis a Tuneto in littore maris mediterranei sita, *ex quâ egressi Arabes Siciliam expugnârunt.* ([23])

Erit post me (spero), qui unius illius vocabuli, quod in eâ, quae hujus elogii esse deprehenditur, characterum inconstantiâ, مايز, مايز والد, وليد, والى lectum est et فايز etiam, imo vel قايد legi possit, demonstret veram lectionem; quo facto et de praecedente proxime et de proxime sequente certius constabit.

توفيت رحمة الله عليها) Ad eâ, quae horum loco in *Fodin. Or.* leguntur, liceat mihi haec observare. نور in faustis apprecandis defuncto adhibetur quidem, neque tamen, quod sciam, sine addito sepulchri nomine, ut passim نور الله قبره, vél مرقده, vel ضريحه all. Postremi exemplum habes in *Vitâ Saladini*, *ed.* Schult. p. 15. Quale nomen quum hîc non sit adjectum, saltim ها in نور exspectaveris. At haec lectio suffixum ad posterius verbum rejicit, atque post idem verbum ponit vocabulum الله priori verbo postponendum; id quod ferri nequit. Nec minus admitti potest illud يرحمه Constat Arabibus praeteritum vices optativi supplere, cujus usus caussas expositas lege sis apud Poock. in *Spec. Histor. Arab.* p. 56 sq. et Schultens. ad *Jobum* p. 496. Memini quidem mihi aliquando unum alterumve exemplum, quod eandem vim etiam aoristo inesse probare videbatur, occurrisse; sed vel in vitio cubabat locus, vel aliâ interpretationis ratione expediri poterat; unde annotare supersedi. Nostro autem loco ne haec quidem exceptio admitti posset ob positum praeteritum verbi praecedentis نور. Porro quod transcriptum est ويرحمه cum pronomine scilicet personae mas-

(23) Vid. Abulf. *Africa ed.* Eichh. p. 24 (coll. p. 6.). Edrisi apud I. M. Hartmann in Eichh. Bibl. T. IV, p. 609. Kurzmann. in Paul. *Memorabil.* T. III, p. 30. not. etc.

culinae, quod versio ad patrem defunctae referre videtur, jam ideo probari haud potest, quod haec fausta comprecatio post interjecta plura aliorum nomina patri neutiquam competere existimanda est; nec vel ad defunctam, cui quidem competit, ita posita trahi potest. Omnino dicendum fuisset: رحمهم الله اجمعين — Quod sequitur, عليها legendum, in *Fodinis Or.* transcriptum est وغابها, figurâ ante عليها obviâ pro و habitâ, quum tamen unum de illis ornamentis sit, quae lithurgus inepto consilio passim interspersit. Atque hoc quidem وغابها l. l., ut ex versione patet, idem valere censetur ac: *mors autem ejus fuit* vel *accidit.* Quid? quod nota etiam addita usum hunc firmare studet. Habet autem ita: „Possedo un manuscritto nel quale trovasi in varj lochi il verbo غاب unito al verbo مات quasi per rinforzar la significazione dell' ultimo, e. g. ولما مات وغاب, ed ecco un passo in cui il sustantivo غاب ha la medesima significazione che ha in questo epitaffio: واوصت الى عبد الله اخيها بما اوصى اليها عمر وبصدقة تصدقت بها بمال وقفته بالغابة — Si tratta quì di Hassan una delle mogli di Maometto, la quale morendo raccomanda a suo fratello ciò che suo padre Omer le avea raccomandato, fra altre cose la distribuzione delle limosine prese dai fondi da lui a questo fine *morendo* consacrate.“ Ad haec non possum non observare, eam, quae verbo غاب inesse dicitur, potestatem, quâ conjunctum cum مات hujus vim intendat, mihi valde dubiam esse. Equidem non memini me deprehendere hunc usum. Nam etsi de 'Hakimi illius famosi fine in Drusorum libris et alibi occurrat verbum غاب, id explicandum ex historiâ hujus principis, quem supra naturam in divorum numerum referebant sectatores; nec vertendum: *mortuus est*, sed vero: *disparuit, oculis hominum subductus est*, ἐξ ἀνθρώπων ἠφανίσθη, quo eodem sensu etiam Masdar hujus verbi غيبة usurpatum, e. c. Eichh. *Repert.* T. XV. p. 277 et alibi. Pronius ad fidem foret, غياب in loco priori in Notâ laudato de *sepulturâ* intelligere. Nimirum Wan-kuli sub artic. غياب (locus *latentior*, profundior, fun-

dus putei etc.) adduxit formulam loquendi: غيبه غيابة (lego: غيّبه غيابةُ i. e. abdidit eum locus latens ipsius seu scrobs ipsius), adjectâ interpretatione: اى دفن فى قبره i. e. conditus est sepulchro suo. (24) Hoc ipsum autem غياب est unum de Masdaris verbi غاب, non vero غابٌ. Hoc, uti et غابة, ejus forma singularis, in altero loco notae adducta, neque eam, quae in Fodin. ipsi tribuitur, neque eam, quam in غيبه inesse probavi, significationem habet. *Sylvam densiorem* denotat, لانّها تغيّب ما فيها s. *quia abscondat quod in illâ est*, uti Ibn-el-Asir observat apud Pocock. ad Togr. p. 97. Pleni sunt hujus usus libri Arabum, inprimis Poëtarum. Quod autem attinet ad locum paullo antea memoratum, ex MS. nescio quo adductum ad probandam protestatem *mortis* vocabulo غاب (imo غابة adest) inesse, ille plane aliud quid vult. Equidem eum verterem hunc in modum: *Illa testamento assignavit fratri suo 'Abdullaho idem, quod sibi olim assignaverat 'Omar, simul et quidquid opum sacro titulo s. piis usibus ab ipsâ legatarum in Ghabâ eleemosynae nomine possidebat.* Num بمال recte habeat, nescio.

---

(24) Numquid ex hoc Dscheuharii loco originem traxit, quod Castellus ad Spec. Hdam habet: „abdidit, recondidit eum sepulchro, cega.“? Legitne Golius غيّبه غيابةً? — Quod restat, non alienum erit annotare, similem phrasin in دفن ليلا وغيّب قبره apud Elmacin. p. 42 haberi, sed alio sensu. Vult, quia nocte sepultus erat, sepulchrum ejus haud cognosci. Cf. Ibn-Kotaib. in *Repert.* T. XIV, p. 105. قبر بأصل سور المدينة وعمى قبره, ubi forte rectius غيّب legeris, quamquam et عمى ferri potest. An vero utroque loco legendum وعفى قبره quod habes in Abulf. *Ann.* T. II. p 366 bene a Reiskio redditum: (foveam, in quâ eum humaverant,) protinus aequabant, ut sepulchri ne notae quidem superessent. Conf. Abulf. *Ann.* T. IV, pag. 90: هدم الحصون وعفى اثره et Poët. in Richards. *Gr. of the Arab.* L. p. 80. عفت ارسومها.

Mallem من الال . An vero excidit يعني ? Etiam in nomine 'Hassan, filià 'Omari et unà de Mu'hammedis uxoribus, de quâ hîc sermo esse dicitur, offendo. Neque حسن vel حسان nomen mulierum est, neque tale nomen alicui uxorum Prophetae fuit. Haud dubie de حفصة *'Hafsa* agitur, quam, 'Omari filiam, a Mu'hammede in matrimonium ductam memorant auctores; vide sis Abulf. Annal. T. I. p. 194. Mas'ud. in Vat. et Rink. *Leseb.* p. 110. پيرعلى وصيتى (ed. Kasan.) pag. 21 et al. — *Ghaba* autem, hîc articulo praefixo ad peculiarem notionèm restrictum الغابة, est nomen loci, haud dubie sylvosi, haud procul a Medinà versus Syriam, vid. 'Abd-ul-'Hakk apud Koehl. ad *Excerpt.* ex Ibn-el-Wardi pag. 170 not. 10 (ubi غابة ex Cod. Lugdunensi restituit Editor, licet Dresdensis, addo, et Lundinensis, nec non Kasanensis, dent غانة.) De الغابة adi etiam Ibn-Kotaib. in *Repertor.* T. XIV. p. 110 sq. Abulf. *Ann.* T. I. p. 114. (ubi Reiskius minus recte pro nomine appellativo habuit) et Wan-kuli, qui: وغابة موضعك اسمى درحجازده Sed haec sufficiant.

Quam ego dedi lectionem tueri supersedeo; adeo cippi characteres ei exacte respondent, adeo legibus usuique linguae consentanea est, adeo nemo non cognitam habet phrasin in libris et epitaphiis tritissimam: توفيت رحمة الله عليها *mortua est, gratiâ divinâ beanda,* proprie: *Morti, Angelo mortis, Deo, quasi debita, soluta est* vel *cessit illa, super quâ misericordia dei sit.* Scil. تُوُفِّيَ forma quinta activa verbi وفى (*completus fuit* etc.) propriâ suâ vi denotat: *factus est* vel *fuit talis, cui integrum solveretur* i. e. *debitum sibi ab aliquo accepit,* indeque *mortalem, quasi debitum sibi, recepit* Angelus Mortis, Mors, Deus (25). Unde passiva hujus formae potestas: *mortuus est* (26).

(25) Nempe (ut cum Tarafa loquar) ما الايام الا معارة *vita nostra non est nisi mutuo nobis data* (coll. *Vit. Timur.* T. II, 86.), quam igitur fas est a nobis restitui Deo, qui credidit, vel angelo mortis, qui ejus nomine recipit. Conf. Sche-

عشر مرّ) In *Fodin. Or.* typothetae culpâ impressum عشرين.

الكاتم) In *Fodin. Or.* الكابر „*il gran* mese di Schaban.“ — Addunt quidem Mu'hammedani passim mensium suorum nominibus epitheta honorifica ([27]), e. c. رجب المرجّب (vocatur et شهر الله الأصمّ), ذو القعدة الحرام, شوال المكرّم, رمضان المكرّم vel شهر رمضان المعظّم, رمضان المبارك, ربيع النبوىّ, صفر المظفّر, محرّم الحرام, ذو الحجّة الحرام, etc. Atque sic ipsum mensem Scha'ban titulo المعظّم auctum inveni. Verum الكابر, utut ab Archetypi ductibus non abhorreat, tanquam epitheton, *magnus*, *augustus*, neutiquam admitti potest. Unice verum est, quod dedi, et

---

ref-ed-din T. I, p. 335: Elle rendit à l'Ange Israël [l. Israfil] la vie, qu'elle n'avoit qu'en depot; et *Chondemir* in 'Habib-es-Sijar T. III. f. m. 589 vers. جان بقابض ارواح تسليم نمود item cf. Latinor. *homo morti debitus*, similiaque.

(26) Occurrit haec verbi forma, sensu *moriendi*, haud raro in libris scripta توفا et توفت, active scilicet; item in Castelliano certe *Heptaglotto* haec eadem vis Activo tributa legitur; atque adeo ipse S. de Sacy, auctor in rebus etiam grammaticis gravissimus, active phthongisat توفّى hac, de quâ agitur, potestate praeditum (vid. e. c. ejus *Gramm.* T. II, p. 270. 295.) Attamen in solo Passivo hanc vim obtinere et تُوُفِّىَ proferendum esse, diserte mihi videtur probare, *cum* Activi formae quintae potestas genuina, paullo ante indicata, *tum Korani* lectio (veluti *Sur.* II, v. 234. XXII, v. 5.), tum optimum quodque monumentum Cuficum apud Rosar. Greg. *tum* foemininum توفيت scriptum in optimis libris et in monument (veluti in nostro epitaph. et in al. apud Ros. Greg. p. 161.), quod aliter, quam passive, proferri non licet (توفت autem et توفا non nisi in libris minus critice editis me reperire memini), *tum* porro قافية seu ὁμοιοπτωσις membrorum apud Ibn-'Arabschah T. I, 144: صوفى et توفى, *tum* denique Turcis receptus modus loquendi اولمق متوفّى, non vero متوفّى.

(27) De quo more vide sis M. T. Beckium ad *Ephemerides Persarum* p. 7. et *Voyages de* Chardin, ed. Langl. II. p. 104.

ipsum cippi ductibus non minus conveniens, الكائن i. e. *existens, qui est, fuit*, quod vocabulum Arabes passim inter mensis et anni notam pleonastice interponunt, cujus usus exempla adducere supersedeo ([28]).

وستين) In Autographo copula abesse videtur (ut ea sane in aliis etiam monumentis inter ipsa numeralia haud raro male omissa est), nisi forte circulo cum subjectâ lineolâ hîc quidem eam repraesentari vis. Similiter Elif conjunctionis paullo post sequentis ان excidisse statuas oportet, nisi illud in ductu per conjunctas superne litteras ه et د in voce تشهد transacto latere mavis.

وهى تشهد الخ) Solemne in epitaphiis additamentum, innuens defunctum non modo Islamismo addictum fuisse, in quem, editâ testatione: لا اله الا الله, imo additâ alterâ: ومحمد رسول الله (quas conjunctas الشهادتين vel كلمة الشهادة vocant) transiri notum est, sed etiam post hanc fidei Mu'hammedanae testificationem vel pronuntiatam vel certe pronuntiari penes se auditam, spiritum emisisse. Est nempe dictum prophetae: من كان اخر كلامه لا اله الا الله دخل الجنة (*is, cujus postrema verba sunt: non est deus nisi Allah, paradisum ingredietur*). Neque tamen opus est, ut ab ipso moribundo proferantur, possunt etiam ejus loco ab adstantibus proferri. Ita *Comment.* in مختصر القدوری p. m. 63: اذا احتضر الرجل الموت وجّه الى القبلة على شقه الايمن ولقن الشهادتين لقوله عم لقنوا موتاكم شهادة ان لا اله الا الله *Homo, animam agens, versus Kiblam convertatur in latus dextrum et geminum testimonium ei suggeratur, propterea quod Propheta san-*

([28]) Id vero nunc notare juvat, in *Monumentis Cuf. Siculis* apud Rosarium Greg. p. 148 eàdem plane viâ erratum esse. Transcripta ibi sunt: من شهر ذى القعدة المحرم من سنة; sed tu ita corrige: القعدة الذى من سنة - - -, quemadmodum jam cel. S. Assemani in *Mus. Cuf. Nan* posuit. — Etiam ib. p. 155 mensis Rabi' male auctus est epitheto المحرم. Lege: هلت من شهر ربيع الاخر

xit: Moribundis vestris suggerite testationem, non esse deum, nisi Allah. (29)

ad N°. 2.

In hoc N., uti et in NN 3 et 4, sepulta ipsa loquens inducitur, raro exemplo, quod sciam, in Mu'hammedanorum epitaphiis, sed frequentissimo in Romanorum, quibus *Allocutio ad viatorem* in hac caussà magnopere adamata fuit.

را (يا من را القبر انى) pro راى mihi ita insolitum accidit, ut diu, admitterem nec ne, incertus haererem. Attamen postquam in omnes partes characteres hos vertendo, quod magis arrideret, non potuissem elicere, admisi, quia et in poëmate *'Akila* dicto apud ill. L. Baron. S. de Sacy, tam in *Extrait du Tome* VIIIe *des Notices et Extr.* p. 143, quam in *Mémoire sur la litterat. des Arabes* p. 180, coll. notà, item in nomine urbis 'Irakensis سامرا (pro سرمن راى) eundem scribendi modum deprehendebam. Sed vide, quisquis post me hoc idem elogium aggressurus es, lateatne in hoc versu aliud quid. Conjiciebam aliquando: يا من راى اقترابى vel اغترابى — — —, vel etiam يا من راى لعبراتى. Certe ante القبر demonstrativum هذا desidero. Displicet etiam h. quidem loco إنّي (خبث) Olim legendum censebam بليت, duplicem admittens interpretationem. بَلِيتُ si pronuntiaveris, sensus exiret hic: *jam corrupta sum in eo* (sepulchro), *jam putrida evaserunt in eo ossa mea.* Habes hoc sensu بلى Abulf. *Ann.* T. III. p. 396. Mutenebb. ed. Reisk. pag. 78 et 89. Satis commode haec jungi posse cum proxime sequentibus videbantur. Sin verò protuleris بليت

(29) Vide Muradg. d'Ohsson *Allg. Schild. des Osm. R.* 1, 389. *Vita Saladin.* ed. Schult. p. 276. al. *La Vie de Timur-Bec par* Cherefeddin T. IV, p. 228. *Historia prior. regum Persar. ex Mirchonde* p. 70.

tentationem, *quâ prober*, *jam subeo hoc in sepulchro*, videbatur τῷ مقامى بالبلاء apte praemitti. Jam vero lego: انّى قد خبئت به *ecce ego in eo* (sepulchro) *abscondita delitesco*, scil. quemadmodum olim in gynaeceo latebam. In memoriam revoces velim, lector, مخبأة, de puellâ domisedâ e gynaeceo in publicum non prodeunte, verecundiae et modestiae caussâ, dici solitum, vid. Mutenebbi ed. Reisk. p. 86. et conf. proverbium اخبى من مخبأة in Meidanii *Prov. op. posth.* Schult. p. 243. In figurâ litterae ء noli offendere; habes eam ipsam in voce حسنة ir N°. 1. l. 6.

والترب) تُرْب *pulverem*, *arenam* denotat, e. c. Meidan. *Prov. op. p.* Schult. p. 208, peculiariter autem *tumuli*, *tellurem tumulo aggestam*, veluti *Bord.* vers. 58. ad quem *Scholiastes* Heratensis: الترب يعنى التربة او الترايب (pro ult. voc. legend. التراب), Muten. *ed.* Reisk. pag. 77. *Poët.* alius apud Reisk. in *Act. Erudit.* 1749. Jan. p... et passim alibi.

غبر) *inquinavit pulvere*, ab exc. Italinskyo recepi. Antea legebam علي, quia status praesens et cum maxime vigens mihi visus erat hîc requiri, cujus nota praepositio على est; quae praeterea, crebra in vestitu particula, hîc in tegumento etiam aptum locum occuparet. Sed غبر recte habet tueturque eam lectionem عبر in N°. 3.

اجفانى) اجفان sunt *palpebrae* (Augenlieder), كوزقپاغى apud Wan-kulium, non, ut vulgo explicant, *cilia* (Augenwimper) quae turcice كرپك (كرفك tatar.) audiunt.

اماقى) مُوقٌ, unde pl. اماق, est *oculi angulus ad nasum*, tatar. كوزتوبى, graece κανθος et, quia inde lacrymae stillant, ῥαν-

τηρ dictus. Sic *Scholiastes* ad *'Hamas* in Vat. *et* R. *Les.* p. 146: موق هو طرف العين الذى يلى الانف وهو مخرج الدمع, cf. etiam *Scholiast.* ad 'Harir. *Mekam.* XIV. l. c. pag. 140. ubi ماقى ad explicandum مدامع adhibetur. Inde, ut hoc ipsum مدمع, non quidem de oculo in genere, sed de *oculo lacrymante*, lacrymis tumente, usurpatur haec vox, quae fere styli sublimioris et poëtici est, v. c. *'Hamas*, l. c. *Poët.* in Abulf. *Anh.* T. III, p. 270. S. de Sacy *Chr. Ar.* p. 256. et loco ex *Anthologiâ* laudato ab exc. Italinskyo. Hîc autem teneri velim primam ejus et propriam significationem. Notus est foeminarum Orientalium mos, collyrio كحل dicto oculos suos denigrandi, vid. Arvieux *Sitten der Beduinen*, p. 112: „Den *Rand ihrer Augenlieder* schwärzen sie mit einem schwarzen Pulver von Bleyerz, das sie Kohel nennen, und ziehen eine Linie von gleicher Farbe nach dem *Augenwinkel*, damit die Augen gröſser scheinen sollen;" quibus adde quae ex aliis itinerariis ad h. l. not. 35 attulit celeberr. Rosenmuellerus. Ad hunc morem hîc alludi suspicor, quasi dicat defuncta: *ego quae quondam palpebras, imo cilia, rhanteresque collyrio denigrare solebam, jam utrumque pulvere foedatum habeo in hoc meo recubitorio.* Comparandus omnino est Mutenebbi l. c. p. 89: وكم عين مقبلة النواحى كحيل بالجنادل والرماد ubi Reiske inter alia: „Mit dem Augenpulver, mit dem die Morgenländer ihre Augen bestreuen und färben, vergleicht der Dichter den Sand, den Staub, die Kieselsteine, unter welche die Leiche verscharrt ward."

مضجعى) Hîc etiam teneto duplicem potestatem vocis مضجع. Proprie *locum recubitûs, recubitorium, lectum, torum genialem* denotat; deinde ad *sepulchralem domum, quietum sepulchrum* transfertur, veluti in egregio illo *epicedio in Ma'an'um* in Schultensii *'Hamasâ:* فيا قبر معن انت اول حفرة من الارض خطت للسماحة مضجعا, (unde et ضجيع pro *sepulto cum altero* habes in poëseos specimine praeclaro in Abulf. *Ann.* T. IV, p. 562.) Similis metaphora obtinet in مرقد *cubili*, deinde *cubili sepulchrali* e. c. *Koran.* xxxvi.

v. 52. Cf. *Slapigravi*, pro sepulchro, apud Lipsium in *Epist. ad Belg. Cent.* III. p. 52 et Owenii *Epigr.* p. 52:

Angli *Bed* lectum vocitant, Cambrique sepulchrum;
Lectus enim tumuli, mortis imago sopor.

Jam cur ab iis, qui ante me hujus epitaphii interpretationem aggressi sunt, hìc etiam in nonnullis recedere coactus fuerim, si cognoscere vis, haec habe. Versum secundum legere utique cum exc. Italinskyo et b. Tychsenio liceret: انى قد بنيت بها, verum neutrius versionem usus linguae tuetur. Italinskyus vertit: „*in essa* (la tomba) *sono io tratta quale sposa.*" — Dicunt Arabes بنا فلان على اهله, vel, (quod, etsi improbetur Dscheuhario, tamen longe usitatissimum est,) بنا فلان باهله, quod proprie sonat: *super* vel *cum sponsâ construxit* scil. قبة Kubbam seu *tentorium fornicatâ formâ*, quod solus cum solâ sponsus ingrediatur, indeque idem valet atque: *nuptias cum aliquâ celebravit.* Sic Mas'udi l. c. p. 109. تزوجها وهى بنت سنين وبنى بها بعد الهجرة بسبعة اشهر, et Abu-Sacarja in Eichh. *Repert.* T. VII, p. 138. نكح عائشة وهى بنت ست سنين ثم بنى بها وهى بنت تسع سنين. Quo eodem sensu et eàdem cum ellipsi non solum formâ hujus verbi octavâ utuntur (e. c. Ibn-Kotaiba in *Rep.* T. VII, p. 146: تزوجها وابتنى بها et Elmac. p. 136: ابتنى ببوران بنت الحسن) sed etiam verbo دخل, ut دخل بها proprie: *intravit* (sponsus) *cum eâ tentorium nuptiale* (30). Ad ellipsin illam quod attinet, conferas velim Abulf. *Ann.* T. I. p. 210: وضرب له قبة وطيبها بالبخور واجتمع بها Ex exemplis autem hisce, quae facili negotio augere possem, patebit, بنا hoc sensu de *sponso* dici, non vera de *sponsâ*; et licet in *Hist. X Vesir. ed. Knös* V. Cl. p. 89 legatur: انها دخلت على ابن الملك وحملت منه, id vitium esse judico, Arabismo recentiori corrupto tribuendum, cui simile quid in sextum a Fugâ saeculum vix ceciderit. Non potui igitur hanc amplecti lectionem.

---

(30) Moneo ὡς ἐν παρόδῳ, in *Nocte* CLXIII adjectâ Richards. *Grammar of the Arab. lang.* pag. 206 legendum فاذا دخلت بها

Qui sequitur versus tertius et quartus, in *Fodin. Or.* recte lectus versusque est; sed qui ex *Anthologiâ* aliquâ ad الترب laudatur versus, non erat afferendus, si quid video. In eo enim non التُّرْب legendum, sed التُّرَب, qui, plur. τοῦ تُرْبَة, *tymbos, tumulos* significat. Verto: Tymbi comprehendunt decus formae pulcherrimi cujusque mortalis.

In ultimo hujus N. vocabulo, quod مجمع invitis characterum ductibus lectum est, non immoror.

In alia omnia autem abiit Tychsenius ὁ μακαρίτης. Conjungenda ipsi visa est haec areola lateralis cum initio sequentis, Numero 3 insignitae. Verum enim vero in ejus interpretatione quominus acquiescas, inter alia impediunt haec. بنيت بها pro: *exstruxi id*, ab usu linguae respuitur, quippe qui aedificium, quod exstruis, in accusandi casu poni flagitat. Porro الترب عليّة non significaret: *mausoleum excelsum*, sed: *mausolea sunt excelsa.* Addit quidem تغمده الله برحمته: „vere ut dicam, adest التُّرَب علّي *tumulus excelsus* vel *supra me*; تُرْبَة tamen usu frequentius est.“ Sed nec hac viâ barbarismum fugeris. Neque enim تُرَب Arabes unquam, quod sciam, dixerunt, nec عَلّي pro عليّا, nec, si تُرَب pro تُرْبَة significatione tumuli sumere liceat, الترب علّي mausoleum excelsum significare potest, sed: mausoleum est excelsum. — Verba ultima واماقي في مضجعي legendi ratio viro beato mecum convenit, non vero intelligendi. Vertens: *et* (qui videt) *angulos in cubili meo,* quid intenderit, non intellexeris, nisi ex notâ additâ: „Forte cubiculum, inquit, in quo sarculus positus, octogonum erat.“ Scilicet seni grandaevo imposuit Lexicorum *angulus oculi*, quod alios etiam quoscunque angulus designare existimavit, quod non ita est. Videtur etiam cubile et cubiculum promiscue habuisse. — Haec cum aliis, quae taceo, sunt,

quae hanc viri pie defuncti interpretationem neutiquam admittendam probant.

ad N°. 3.

(ومقامى فى البلاء عبر) *Sed commoratio mea in tentamine est transitus* (عَبْر), *non diuturna est.* Sic ego, praeeunte exc. Italinskyo: *però questo stato di prova è transitorio.* Sed moneo, de بلاء mihi dubia oboriri. Significat quidem haec vox *tentationem*, peculiariter *divinitus immissam*, sumiturque sive in bonam, sive in malam partem, praecipue tamen in *malam;* unde passim denotat *afflictionem*, *calamitatem*, *miseriam*, quâ homo hoc in mundo probatur quasi, veluti *Koran.* II, v. 46. coll. *Scholiast.* ad 'Harir. *Mekam.* XIV, p. 134. et *Glossâ Korani Petropolitano-Kasanensis* pag. 194: البلاء على ثلاثة اوجه نعمة واختيار ومكروه, ubi pro اختيار legendum est اختبار, idque rectius τῳ نعمة anteponendum erat. Verum an eadem vox etiam de سوال القبر seu de transactae vitae examine post mortem in sepulchro a Munkir et Nekir angelis instituendo, aut de statu hominis inter mortem et resurrectionem intermedio adhiberi possit, ambigo. Liceret quidem quodammodo huc trahere *Koran.* XXI, v. 36. كل نفس ذائقة الموت ونبلوكم بالشر والخير فتنة والينا ترجعون, sed ordinem sermonis, ut passim in Korano, ita hoc quoque loco turbatum esse potius crediderim. Accedit, quod afflictiones illae in sepulchro jam subeundae (عذاب القبر quoc. conf. Judaeorum חבוט הקבר) in solos improbos cadunt. Quae in *Fodin. Or.* ad البلاء adducta sunt, non faciunt ad illam notionem illustrandam. — Item عبر mihi in dubium venit, quia hoc sensu praeditum vix probari defendique posse videtur, nisi forte a locutione عبر الناس زمانا يفعلون كذا وكذا. Estne forte legendum عَلِيّ? et مقام *status*, ut منزلة, de *dignitate* intelligendum? quasi dixerit defuncta: sed dignitas mea in hoc tentamine alta est, i. e. probata sum. Cf. de hominis probi tentamine sepulchrali Ja'hja apud Maracc. ad *Koran.* T. II, p. 378. — Beat. Tychsenius عبر

interpretatus: *exemplum capiat*, primae hujus verbi formae tribuit, quae octavae est, significationem. Nec, si haec illi etiam inesset vis, praeteritum aoristi, qui hìc adhibendus fuisse videtur, vices pensare posse censeo.

اذا ما حُبِيتُ خَلَاقِى). Exc. Italinskyus et b. Tychsenius: اذا ما حيّانى خَلّاقى *cum Creator meus me ad vitam revocaverit.* حيانى etiam p. 396 *Fodin. Or.* legitur. Frustra tamen in ipsâ tabulâ, quae epitaphium aere expressum sistit, ultimam syllabam ى circumspicio. Sed ponamus adfuisse in ipso lapide, omissum autem esse in apographo; plane tamen insolitum mihi accidit illud حيّا pro احيى, forma nempe secunda pro quartâ. Haec quartae verbi مات opponitur, non illa, quam, nisi in salutationibus, non deprehenderis usurpatam; et corrigendus est Wilmet in *Lexico*, qui exemplum ex *Vitâ Timuri* adductum secundae formae attribuit, quum quartae debuisset. Tychsenius haud scio an difficultatis quid in hac legendi ratione odoratus sit, subjiciens: „Pro اذا ما حيانى lego etiam ادام أُحيا i. e. *perennabo. Renovatur* sors mea etc.“ Nec tamen vel sic procedit. — Ego legens: اذا ما حبيت خلاقى *cum impertiar sorte meâ*, ita me tueri posse mihi videor. Quod in textu epitaphii est, primo adspectu utique habere licet pro حيا, cujus litterae Elif a parte dextrâ adjectum ornamenti nescio quid, quale eidem litterae et alibi in hoc epitaphio additum videre est. Sed in eâ, quae hujus elogii est, scripturae inconstantiâ non male religiosus, sumendam duxi hanc litterae Elif figuram pro ت, reflexâ nempe in altum caudâ, quam spatii angustia extendi in sinistram vetabat, coll. الثناء supra et محبّ aliisque in *Epitaph. Messanio* apud Rosar. Greg. p. 143. حبا autem inter alia idem° valet atque اعطا *dedit*, donavit; vide exempla in Meidanii *prov. op. p.* Schult. p. 80. et ʻHarir. *Mek.* XIV. l. c. p. 133. Construitur cum gem. acc. unde in Pass. recte dicere licet حُبِيتُ خلاقى *accepi portionem meam;*

خَلَاقٍ enim insuper profero, non خَلَاقٍ. (Tychsenio etiam in notâ paullo ante laudatâ id obversatum esse vidisti.) خَلَاق autem est *sors, portio boni*, pecul. *in vitâ futurâ* accipienda, vid. *Koran.* II, v. 96: ما له في الاخرة من خلاق, et III, v. 71: اوليك لا خلاق لهم في الاخرة

(اُحْبِي نفر(ا) وجنّةً) Pro his non spoponderim. Violenter fateor factum, intrudere textui integram litteram ا; ausus tamen sum, tum quod Elif cum limbo sinistro facile poterat commisceri et confluere, tum quod, id nisi factum est, in ipsâ illâ figurâ, quae in versus ultimi initio cernitur et alibi tantum ornandi caussâ adjecta est, forte latet hujus litterae eo trajectae residuum. Accusativo autem egebam propter احبي. Quod ad نفر, noli offendere in litterâ ultimâ, quae potius figuram د prae se ferre videtur; attamen ab ر in vocabulo شريك quodammodo defenditur. — وجنّة a b. Tychsenio mutuum sumsi. Ad figuram τοῦ ج quod attinet, conferenda sunt vocabula حسنة et خبيث. Nec ambiguam habeas velim vocem hanc, articulo quippe destitutam. Vel absque articulo de *Paradiso* nonnunquam adhibetur, veluti *Koran. sur.* LXXVI, v. 12. In *Fodin. Or.* haec transcripta sunt hunc in modum: احي نفذ ودين atque ita reddita: *rivedrò piena di gioja i miei congiunti, e felice ne riporterò la mercede.* Ego quidem fateor, me non capere, quî ex illis vel hic vel alius sensus commodus elici possit. In احي, quomodocunque id verterim, non deprehendo, quod ei hîc tributum video. Numquid animo vertentis obversabatur اجي? at tunc accusativo opus erat. Porro نفذ designat quidem familiam minorem, proximam alicujus cognationem et familiam; at, si quid video, non hoc vocabulo, sed اهل potius usus fuisset Arabs. — Denique دين nec ex istis ductibus archetypi elicueris, nec commode hoc impertieris sensu. — Beatus Tychsenius legit الي نفر وجنة: quum creator meus me vivi

ficaverit *ad gloriam et paradisum* — Apodosis ipsi est initium sequentis N°. 4. Verum nec الى latere potest in primâ voce versus penultimi; manifesta apparet littera ه; neque apte saне haec ab illis, quae in N°. 4 sequuntur, continuari videntur.

ad N°. 4.

Hucusque non solummodo eruderata a me argumentis, quibus opus erat, tueri conatus sum, sed simul etiam singula atque omnia, quae in Transcriptionibus ante me tentatis minus probari posse videbantur, recensui, nec quaecunque eorum fidem imminuere censebam silui. Ipsemet etiamsi forte non omnibus difficultatibus tollendis par deprehensus fuero, vel indicâsse eas tamen proderit. لو لم يكن فى هذه الالفاظ الا ما يشككك فى اعتقادك الموروث لكفى بذلك نفعا فان من لم يشك لم ينظر ومن لم ينظر لم يبصر ومن لم يبصر بقى فى العمى والحيرة. Fas est porro etiam a me transcripta auctoritatum fide probare et corroborare. Fas esset, caussas etiam, ob quas a Duumvirorum, qui ante me in hanc palaestram descenderunt, placitis recesserim, exponere et demonstrare. Sed in immensum exspatiandum foret. Tam in alia omnia jam a me abitur, quoad lectionem, quoad interpretationem. Cum utrâque Transcriptione et Versione supra adductâ meam ibidem in medium prolatam, si contuleris, fieri non potest, quin aliud prorsus elogium exc. Italinskyo, aliud b. Tychsenio, aliud tandem mihi ante oculos positum fuisse suspiceris; quamquam unum idemque est. Sufficiat itaque, observare ab utroque transcripta stare non posse, et non nisi a me prolata idoneis testimoniis tueri, quibus tamen parum egere videantur, quum vel per se intelligenti probatum iri (sine invidiâ dixerim) spes me tenet et fiducia.

انظر بعينيك) Additamentum: *oculis tuis ambobus* vide, energiae inservit. Similiter Latini: *hisce oculis vidi.*

هل فى الارض منْ باقٍ او دافع الموت) Ad haec forte haud abs

re fuerit monere, in sententiis interrogativis negationem involventibus subjectum nonnunquam praepositione مِن praemissâ circumscribi, id quod praecipue in sententiis negativis usu tritissimum, e. c. ما من الله الا الله. Illustr. quidem S. de Sacy ([31]) شيء vel احد subintelligi posse statuit. Verum quod ad احد, memini me legere in *Korano* ما يعلمان مِن احد

او للموت مَنْ راقي) Hîc مَنْ phthongisavi, quoniam ita *Koranus* loco statim laudando, quamquam nec مِن male haberet. راقي autem scripsi pro راقٍ, propter قافية του اغلاقي versus sequentis. Verbo autem رقى inest etiam vis *immurmuratis magicis formulis*, vel *adhibito amuleto magico*, *prohibendi noxam*. Haec in epitaphio nostro obtinet, cujus auctor id ex *Koran.* LXXV, v. 27 hausisse videtur, ubi haec leguntur: اذا بلغت التراقي وقيل مَنْ راقٍ i. e. *ubi* (spiritus, anima, النفس) *pervenit ad fauces*, *et clamant: quis est*, *qui incantando me tueatur*, *vel a me avertat*, scilicet *mortem* ([32])? Habes in *Makfurâ* Ibn-Doreidi v. 175 ed. Scheid. eandem fere sententiam: الردى اذا اتاه لا يداوى بالرقى, item apud *poët.* in Abulf. *Ann.* I, p. 376: واذا المنية انشبت اظفارها الفيت كل تميمة لا تنفع Nimirum تميمة, quod Reiske minus recte vertit *pretiosum*, significat *amuletum magicum*. Ceterum conf. Sa'adi *Gülist.* Lib. VI, c. 1, fin. ibique Olear. item Schult. *Comment. in Prov.* X, p. 91 sq. ad quem Scheidius l. c. lectores able-

---

([31]) In *Gram.* II, p. 193. add. I, p. 365.

([32]) Nempe locutio illa اذا بلغت التراقي, uti similes Koranicae اذا بلغت الحلقوم, اذا القلوب لدى الحناجر كاظمين, اذا بلغت القلوب الحناجر, *mortis momentum* indigitant, quando nempe prae anxietate spiritus jam in faucibus haeret. Cf. Turcarum جانى اغزنه كلدى

gat, quem ipse quidem consulere nequeo, quia mihi libri hujus copia non est.

الموت اخرجني قصرا): Post اخرجني mente suppleo من الدنيا *ex hoc mundo*, *ex hac vitâ*, quae ellipsis non durior videatur. قصرا autem sumo pro قسرا *per vim*, *violenter*. Habet illud etiam poeta in Abulf. *Ann.* T. IV, pag. 600, ubi Reiske mutandum in قسرا censuit. Sed licet utique ص τῷ س substituere in voce, cui et littera ق inest, vid. ill. S. de Sacy *Chr. Ar.* T. II. p. 564.

يا اسفى). Dolentis formula, e. c. *Koran.* XII, v. 84. Apud Mutenebbium inveni وا اسفا eodem sensu. Cf. etiam يا لهفى .

لم ينجني) Sive ينجّني sive ينجني legas, perinde est, ut patet inter alia ex *Koran.* II, v. 46. 47. A verbo نجا derivandum esse, vix operae pretium videatur monere, nisi vel arabice doctos nonnunquam in ejusmodi minutiis errare deprehendissem. Habes hujus ipsius verbi exemplum notatum a me in *Comment. de Arabicorum etiam auctor. libris vulgatis crisi poscentibus emaculari* pag. 16.

وصرت رهنا بما قدمت الخ) Horum mens, nisi fallor, haec est: *jam pignoris nomine obligata Deo teneor*, *pro vitâ a me sive bene sive male institutâ; repignerabor*, *ubi approbata fuerit; sin minus*, *committar*, i. e. prout merita fuero, sive praemio sive poenâ afficiar. In eundem sensum *poëta* in Abulf. *Ann.* T. IV. p. 12: اذا ارتهنت بما قدمت من عملى. Est locutio *Koranica*: كل امرئ بما كسب رهين, vel كل نفس بما كسبت رهينة, *Sur.* LII. v. 20. et LXXIV, v. 41. Alb. Schultens. ad *Iobum* pag. 964: „Omnis in eo, quod patrat, pigneratus est. Dupliciter exponi potest, vel active, ut sit: semet poenae oppignerat, vel passive, ut existat: capto velut pignore ad poenam subeundam, vel recipiendam suo tempore, obstrictus est quasi.“ Sed ad solam poenam respectum non credi-

derim; nec nostro loco id patiuntur, quae sequuntur proxime. Ceterum *pignoris* imago, qua dura necessitas pingitur, poëtis Arabicis perquam adamata est. Sic in Elmac. p. 48. كل حي للمنايا مرتهن *quidquid vivit, fatis oppigneratum est* i. e. (cum Schultensio loquar) dato velut pignore sub mortis nexu est; et alius *poëta* in 'Hamas. Schultens. p. 532; المرء رهن منية proprie: *homo pignus fati est* i. e. fato oppigneratus. (Similiter in nostro epitaphio صرت رهنا positum pro قد ارتهنت). Inde jam porro Arabes dicunt غلق رهنه (vid. 'Harir. *Mekam.* XIX. in Schult. *Epist.* I. *ad* Menken. pag. 66.) *pignus ejus obstrictum cessit*, nempe pigneratori i. e. Deo, seu Israfilo Angelo mortis (vid. supra not. ad توفي) pro: fato defunctus est.

(ما قدمت من عمل) *quidquid praemisi operis.* Est et ipsa signata in *Korano* phrasis. Ex sensu Korani, quidquid homo vivus hoc in mundo patrat sive boni sive mali, quasi praecurrit ipsi in mundum alterum, ibique ei repraesentabitur, a deo vel remunerandum vel puniendum. Plerumque de *bene factis* adhibetur, veluti *Kor. Sur.* II. v. 222. قدموا لانفسكم واتقوا الله, Ibn-Dor. *Makfur.* v. 170. وللفتى من ماله ما قدمت يداه قبل موته لا ما اقتنى, atque sic diserte *Koranus Sur.* II, v. 104: ما تقدموا لانفسكم من خير تجدوه عند الله Non minus tamen frequens *male facta* innuit, ut *Koran.* II, v. 89: ولن يتمنوه (يعني الموت) ابدا بما قدمت ايديهم et III, v. 178: ذوقوا عذاب الحريق ذلك بما قدمت ايديكم et *Sur.* V, v. 83. لبئس ما قدمت لهم انفسهم, nec non Ibn-Zeiduni *Risal.* ed. Reisk. pag. 8. ذلك بما قدمت يداك لتذوق وبال امرك. Atque magis diserte Lokman. *Fab.* XIX: الذنوب التي قدمت ايديهم, ac *Histor.* X. *Vesiror. ed.* Knös. p. 65: هذا جزا افعالي وما قدمت من الظلم. *In utramque etiam partem* adhibent, veluti *Kor.* LIX, v. 19: يا ايها الذين امنوا اتقوا الله ولتنظر نفس ما قدمت لغد واتقوا الله et LXXVIII, v. 41: يوم ينظر المرء ما قدمت يداه, atque sic *poëta* paullo ante laudatus ex Abulf. *Ann.* T. IV, p. 12. In nostro autem epitaphio in prio-

rem sensum accipiendum videtur propter وما خلفه باق . Quod restat, conferas velim similem usum vigentem in verbo اسلف .

محضر على) *coram me*, vel *conspectu meo*, *repraesentandi* s. *sistendi*, die judicii. Ex *Korano*, qui *Sur.* III, v. 38: يوم تجد كل نفس ما عملت من خير محضرا وما عملت من سوء, coll. *Sur.* LXXXI, v. 14: novissimo die علمت نفس ما احضرت *cognoscet quisque quid coram deo stiterit* bonorum vel malorum operum.

وما خلفه باق) *et pro eo, quod post illud* (a me praemissum) *restat.* Nimirum وما est pro وربما, quae ellipsis non est insolita, quod uno ex multis probetur exemplis: Temimi in Vat. et Rink. *Les.* p. 117: سار منها بما حصل له من الغنائم واعده (i. e. وربما اعده) من الهدايا الى الوليد . Est autem ما خلفه باق τῳ ما قدمته oppositum convenitque cum ما اخرته *Korani*, veluti Sur. LXXXII, v. 5: die novissimo علمت نفس ما قدمت واخرت *sciet omnis anima, quid praemiserit et quid retro reliquerit* e. e. explicante *Maraccio*, quid boni vel mali patraverit, et quid boni distulerit vel omiserit efficere. Cf. et *Sur.* XLVIII, 2. ليغفر لك الله ما تقدم من ذنبك وما تاخر Ceterum باقي per licentiam poëticam pro باقٍ scripsi, ut nempe rhythmus constet.

Tantum.

Hoc autem quidquid est mearum in hoc epitaphium curarum ne quis in iniquam interpretetur partem! ne quis autumet me Tychsenii, qui ad silentium sedes abiit, silentio, quod (eheu) nunc est, male usum, ejus manibus proterve illudere voluisse hac editâ scriptiunculâ! Deus id non sinat! اعوذ بالله ان اكون من الظالمين . Nec sane is sum, qui *clavam extorqueam Herculi* vel mortuo. Neque Italinskyo, viro excellentissimo, ausim *detrahere*

haerentem capiti multâ cum laude coronam.

Unice veritatis indagandae inveniendaeque studio ductus protuli has curas meas, et prolatas cui judici magis idoneo submittam dijudi-

candas, quam ipsi nobilissimo et eruditissimo primarum curarum auctori, non habeo. Cujus et ipsius secundis curis, cujus ingenii et doctrinae face, spes me tenet futurum, ut tum duo illa vocabula, quae in N°. 1. notavi ambigua, tum quaecunque in N°. 2. praecipue autem in N°. 3. minus certa adhuc relicta sunt, illustrentur et ad eandem fidem manifestam, nullis argumentis revincendam, ad quam reliqua tantum non omnia hae meae curae perduxerunt, perducantur. Scripsi a. MDCCCXV.

ONYX CUFICUS
SORANO-NEAPOLITANUS.

Abhinc annos complures ad Soram, oppidum Calabriae, onyx titulo insignitus Cufico a terram molientibus repertus atque Augustissimo Regi Neapolitano oblatus est. Vella, Abbas ille, qui nomini suo aeternam falsarii notam inussit, hanc etiam gemmam falso interpretando Regem suum fallere ausus, perhibuit, se ex inscriptione cognoscere; Rogerum Normanum, regni Siculi conditorem, hanc gemmam in nuptiarum suarum solemnia sculpi jussisse. Quod Rex quum audiisset, tanto hujus onychis amore teneri coepisse dicitur, ut diu annulum gestaret in digito ejusque ectypa vitrea facta inter eos, qui ipsius gratiâ florebant, distribueret.

Celeberrimus Hager, dum Vellae fraudes alias longe graviores detegeret et falsario personam detraheret ([1]), hac quoque in gemmâ qualia Vella legi dictitaverat, inveniri primus negavit. Abstinuit quidem vir doctissimus ab ipso rectius interpretandae periculo; attamen aliis doctis gratissimum fecit eo, quod *gemmae imaginem* libro suo modo laudato pag. 26 (vel vers. Gall. p. 31) adjungi curaret. Copia enim nunc aliis quoque interpretationis hujus tituli tentandae data erat; nec frustra data. Mox alii viri docti rectiorem illi substituendi periculum fecere. Uno fere tempore, a. MDCCXCIX in hanc metam animum contendebant ven. Adler et magnus Sylvester de Sacy; etiam *Berolinensis* nescio quis ausus est; dein-

---

([1]) Vid. Io. Hagers *Nachricht von einer merkwürd. litterär. Betrügerei. Erlangen*, 1799, vel *Relation d'une insigne imposture litteraire, par Mr.* Hagen. ib.

de paucis interjectis annis O. G. Tychsen, nunc piorum sedem consequutus, nodum hunc expedire tentavit. Sed tantum abest, ut harum interpretationum ulla omnibus numeris absoluta dici queat, ut etiam singulae notam suspectae fidei prae se ferant. Igitur non ab re esse duxi periculum, quod et ipse feci, hujus inscriptionis enucleandae viris doctis proponere. Propono tamen (non diffiteor) paullo timidior, quamvis me rectiora, quam alii, (absit invidia verbo) vidisse confidam.

Quod in tam paucis vocibus, iisque linguâ conceptis Arabicâ notâ, et in gemmâ illaesâ atque integrâ obviis hic titulus tantum negotii facessiverit viris doctissimis, quod me quoque, qui post varia aliorum conamina aggressus sum, etiamnunc paullulum ambigentem relinquat, quod ejus explicationes inter se cum verbis tum sensu ita discrepent, ut saepe ne vestigium quidem mutuae convenientiae deprehendas et induci possis ad suspicandum, interpretes alios alium titulum ante oculos habuisse, — id non mirabitur, quisquis *ligatâ* compositum esse *oratione* et *Cufico charactere* exaratum cogitaverit.

Constat hanc scripturam Arabicam priscam esse, paullo ante Muhammedem ex priscâ Syrorum scripturâ Estrangelo dictâ originem traxisse, *Cuficae* nomen a *Cufâ*, 'Irakae 'Arabicae urbe celebri ad Euphratem sitâ, ubi a grammaticis et Korani lectoribus scribisque mutata aliquantum et emendata videtur, adeptam esse et per saeculorum trium decursum in libris, per octo fere et quod excurrit in monumentis publicis, numis et similibus, licet non solam et intemeratam, obtinuisse. Ea autem est in hac scripturâ litterarum multarum, quas, quippe sono diversissimas, scriptura recentior bene distinxit, figurae similitudo, ea a defectu, non dico vocalium (Arabs et Arabicae linguae probe peritus eas plerumque parum desiderat), sed punctorum diacriticorum orta ambiguitas, ut haud raro multas magnasque interpreti objiciat difficultates. Accedit, quod haec scriptura diverso tempore, diversis terris, diversis sculptoribus fere diversa esse solet.

Quod in gemmâ eâ, de quâ agitur, deprehenditur scripturae Cuficae genus, nullis quidem ornamentis, quibus temporis decursu hanc scripturam obruere coeperunt, auctum est, quid? quod antiquam ejus naturam redolet, nec adeo longe abest ab illâ, quam in antiquissimorum praesertim numorum Umaijadicorum elogiis aliisque nonnullis monumentis admiramur, simplicitate et elegantiâ. (2) Nihilosecius multis magnisque hic titulus obstructus est difficultatibus. Nimirum inscriptio non, ut vulgo solet, merum nomen possessoris, vel versiculum aliquem Koranicum, sed sententiam aliquam fortasse a poëtâ nescio quo mutuam sumtam comprehendit. Ligata oratio quum in quavis fere linguâ, ut ut scriptura, quâ exarata est, quam maxime distincta et perspicua sit, majores quam soluta, lectori objicere soleat difficultates tum a verborum structurâ, tum a vocabulis, raris illis saepe et in oratione pedestri insolitis (alias caussas ut taceam), duplo majores objiciat oportet in scripturâ adeo ambiguâ, qualem Cuficam esse novimus. Inde fit, ut qui Cufica interpretandi leges religiose observet, hunc nodum difficulter expediat, et licet probabiliorem, quam alii ante ipsum, deprehendisse sibi videatur interpretationem, eam dubitet unice veram praedicare.

Ea autem primaria lex titulorum Cuficorum interpreti tenenda est, ut quam tenacissime inhaereat ductibus antiquis eosque singulos solvat transferatque in recentiores i. e. Neschicos, a vocabulis sibi quidem notioribus exordiens. Id ut rite facere queat, non sapiat e solis tabulis, in quibus nonnulli viri docti Alphabeta Cufica repraesentârunt. Sunt ea fere ex Korani exemplis, vel etiam ex numis petita nec adeo multis nec quâ aetate, quâ patriâ satis distinctis. Imo vero ipsorum monumentorum, quotquot hujus generis oculis usurpare datum est, accurato studio, et characteris Cufici diuturno usu subactus sit oportet, ejusque indolem pro variis temporibus,

(2) Ea vero hujus characteris indoles est, ut hanc gemmam quae patria, quae aetas tulerit, definire difficile sit. Puto tamen eam saeculo a Fuga quinto posteriorem non esse.

terris, civitatibus variam respiciat. Est ea sane passim ita comparata, ut non possit non in oculos cadere. Exempla sunto character Siculus saec. XII aer. Christ., qualis in Pallio Imper. German. et in pluribus aliis monumentis a cel. Rosario Gregorio (3) vulgatis cernitur, et Bulgharicus in Epitaphiis saec. XIV aer. Chr. obvius, item numi Chalifarum et numi Cufici Dschudschidarum, inscriptiones saec. IV. H. quae a principibus Buidicis profectae in Tschihil-Menar leguntur et specimen Cuficum saec. nescio cujus, quod Muradgea d'Ohsson exhibuit videndum in Tab. IV. libri *Allgem. Schilder. des Othom. Reichs.* Tom. I. (4) Adeo nonnunquam ejus indoles distincta est et ad certam aliquam civitatem restricta, ut tituli alicujus, vel omni loci notatione carentis, patriam primo obtutu cognoscas; quà in caussâ e. c. character Cuficus Choresmicus versatur. — Licentiarum denique rationem habeat, quas sibi alias alii sculptores sumserunt in litteris vel ornandis, vel contra orthographiae normam jungendis, vel disjungendis quas junctas scribi oportebat, et quae id genus alia sunt. Sic, ut hanc rem paucis exemplis illustrem, inventi sunt, qui litteram initialem ه ductu augerent, quo ad similitudinem του ـ accedat, vel litterae ا pedem ad sinistram ita inflecterent, ut fere *lam* finale referat (veluti in سالم *Amuleti Bylariensis* et التائب *Epit. Messanii* (apud Ros. Greg. p. 143.)), vel ductui litterae alicujus in altum extenso alterum similem, quem facile pro ا habeas, adjicerent, vel litteras ا, و al. sequenti litterae conjungerent etc. Pauca quidem numero, si cum Graecis Romanisque conferas, hucusque in vulgus edita sunt monumenta

(3) In *Rerum Arabicarum, quae ad historiam Siculam spectant, ampla Collectione.*

(4) Hoc specimen, in quo ut animum ad singularem litterae *d* figuram advertas velim, quum forte sint qui non satis capiant, non a proposito alienum erit, id in characteres recentiores transcribere. Continet autem haec: ——— العوامّ كالهوامّ

من مات فى طلب العلم فقد مات شهيدا — محمّد سيّد الكونين والثقلين

Cufica, neque tamen vel haec pauca frustra consuluntur et in usum convertuntur. Ne igitur ea negligat interpres, cui eorum copia est. Equidem gaudeo mihi contigisse, ut monumentorum Cuficorum, tum quae ab ipsis auctoribus profecta tum quae ex archetypis arte chalcographicâ expressa sunt, haud contemnendum numerum oculis usurparem.

Interpres, ubi ductus Cuficos diligenti curâ in Neschicos i. e. Arabicos recentiores transtulit, eosque punctis diacriticis, vocalibus et signis orthographicis, quae convenire censet, et quibus mortuas quasi litterarum figuras animet, instruxit, videat et expendat, an translata Arabica recte habeant quoad linguam, puta, an usui et legibus Arabismi congruant aptumque fundant sensum. Vocabulo insusitato, ut زيان pro زين (ornamentum), vel compositione in Grammaticae canonem aliquem offendente, veluti الحبّي pro حبّي, (amor meus), in transcriptis a se deprehensâ, diffidat sibi, nec talia insolita in linguam invehere studeat. Deprehenduntur quidem nonnunquam in Cuficis etiam inscriptionibus peccata non solum in orthographiam, sed in ipsum linguae genium commissa a sculptoris ignorantiâ; deprehenduntur alia, quorum culpa in ejusdem oscitantiâ, alia quorum culpa in spatii angustiâ. Disserui hoc super argumento in Libr. II. de *numorum Bulghariçor. f. antiq.* pagg. 109-117, ibi quidem solos numos spectans, quare hîc ex nonnullis aliis antiquae memoriae monumentis paucula exempla subjiciantur. Veluti in *Inscriptione Caucasicâ*, cujus apographon ill. Adelung mecum communicavit, inveni معا pro جعلنا, سانا pro سيانا, الل pro الليل Item in *Titulo turris Diarbekrensis* apud Niebuhr. *Reisebeschr.* II. Tab. XLIX. A. طال pro اطلال cernitur. Sed talia vitia a describente profecta esse ne quis forte suspicetur, ipsum archetypon simili in caussâ versans producere expediet. Est penes me *lampas* antiqui operis in *Bylariae* ruderibus nuper inventa, cujus egregius titulus Cuficus السر habet pro السرور et لصا pro لصاحبه, quorum prius a negligentiâ sculptoris, alterum a loci angustiâ esse

suo tempore probabo. Est in *Mus. Asiat. Petrop. theca Koranica Kasimowiensis*, in quâ nunc syllabam نا vocabuli غرنا omisit, nunc سنا bis posuit artificis incuria. Verum enim vero prius quam ejusmodi vitia locum habere putes, etiam atque etiam te obtestor, ut omnes alias expediundi vias circumspicias nihilque non tentatum relinquas. Notam autem sibi inuret et malo mactabitur, quicunque et palaeographiae et linguae Arabicae usu parum exercitatus Cufica aggreditur: qui perperam a se transcripta pro veris vendit ne suspicans quidem eorum pravitatem: qui distinguere nescit quid ab Arabe proficisci possit, quid non: qui denique perperam a se transscriptis sensum intrudit, quo carent. Videbimus in hujus onychis tam eruendâ scripturâ quam lectione animandâ vertendâque varie erratum esse ab iis, qui ei operam suam impenderunt.

Equidem in monumentis Cuficis tractandis id semper curae habui, *primo* ut quam arctissime premerem singulos ductus Cuficos inque tales Neschicos transferrem, quibus vere eos respondere diuturno hujus characteris usu edoctus sum; *deinde* ut quae in scripturam vulgarem transcripseram cum linguae consuetudine conveniant; *denique* ut sententia ipsa transcriptorum a genio populi, a quo profecta est, ne abhorreat. Atque, ut in *Cippo Melitensi* supra illustrato, ita in hujus gemmae titulo explicando, non solum rationes, cur virorum doctorum eorum, quos ego proxime sequutus sum, interpretationes mihi minus probentur, ad singula fere annotare eâ, quâ decet, erga tantos viros reverentiâ non neglexi, sed etiam mea singula atque omnia cum aliorum monumentorum Cuficorum tum scriptorum Arabicorum auctoritate firmanda censui. Volui enim, ut ii quoque, qui in hac palaeographiae palaestrâ minus versati sunt, magis intelligant et dijudicare ipsi queant; volui etiam harum rerum studiosis nondum satis exercitatis specimina quasi χειραγωγιας ad Cuficos titulos rite solvendos exhibere; volui denique ut iidem, quum ex hujus annuli titulo ipso pro historiâ nihil fructus capere liceat,

ex ejus certe interpretatione palaeographico - philologico - criticâ hoc illud nullius non momenti discant. Scio, alios non ita rem gessisse, sed in discendi cupidorum damnum, quin in suum ipsorum etiam. Nuda fere posuerunt a se transcripta, vel maxime insolitis nullâ exemplorum Cuficorum et auctorum Arabicorum fide firmatis; quo fit, ut alius, quem latent, quae illis ante oculos fortasse versabantur, exempla similia caussam ipsorum tuentia, aut in verba magistri jurare cogatur aut temere inducatur ad fidem interpretationis cujusdam suspectam habendam. Quis mihi v. g. fidem habiturus esset asserenti, versus prioris vocabulum secundum للعل legi posse, nisi simili figurâ litterae ل finalis ex alio monumento, ubi dubitationi locus non est relictus, allatâ probâssem? Fuisset forte etiam, qui in رابى meo offendisset, nisi item et ductus Cuficos et sensum usumque vocis exemplis firmâssem.

Haec praefati الآن نشرع فى المقصود بعون الملك المعبود, et examinatis antea, quae ante nos tentatae sunt, hujus inscriptionis interpretationibus nostram subjiciamus.

§. 2.

Primo ponamus loco interpretationem eam, quae viro maximi in Palaeographiâ Cuficâ nominis, meritissimo Musei Cufici Borgiani interpreti, s. ven. Adlero, Episcopo Slesvicensi debetur. Edita legitur tum in W. Ouseley's *Oriental Collections* Vol. II, pag. *425* sq. tum in Klaproth's *Asiatisch. Magazin* Part I. p. 90 sq. aucta utrobique ipsius *gemmae imagine* a secundâ manu repetitâ; sed moneo, quanto Berolinensis elegantior et accuratior est, tanto Londinensem rudiorem et in nonnullis Hagerianae dissimiliorem esse. Solvit autem vir doctissimus titulum ita in characteres Neschicos:

يسير الحق من القدر
كل من راى فلا غدر

quae vertit:

„*Wahrheit und Recht kommt von Gott;*
„*Jeder, der das wahrnimmt, irrt sicher nicht,*"

i. e.

Jus et fas (s. quod verum et justum est) *progreditur a Deo;*
Id quisquis animadvertit (s. videt), *sane non errat.*

Neque cel. Ouseley de hujus interpretatione fide dubitavit ([5]), neque cel. Klaproth. Hic quidem pro veritate ejus non solum Adleri viri linguarum Orientalium peritissimi nomen celeberrimum, sed etiam formam externam, inprimis autem simili exitu clausum versum utrumque spondere censuit.

Verum enim vero magnopere dubito (id quod sine fraude summae existimationis Adleri, viri meritissimi, dictum esto) 1°. hanc transcriptionem Neschicam satis accurate insistere ductibus scripturae Cuficae, 2°. Arabica transcripta linguae legibus et usui ubique congruere, 3°. versionem eorum Germanicam satis recte habere, et cum vero sensu inscriptionis Cuficae consentire.

Ad transcriptionis fidem quod attinet, ipsam primam vocem بسم admitti posse, negabit, quisquis figuram aere expressam inspexerit. Quinque apices, non vero sex, in hac voce erecti cernuntur. Occurrit quidem passim in monumentis Cuficis, praesertim numis littera س contracta, veluti in Dschudschidarum numis vocabulum السلطان *Sultan* omnibus, qui ejus litterae *s* debentur, apicibus exaratum raro deprehenditur; nunc duobus, nunc uno, nunc nullo prorsus instructa est. ([6])

([5]) *Or. Coll.* l. c. *A letter, dated Aug.* 22, 1799, *from the learned* Adler, *whose skill in Cufick literature is universally known, confirms the Doctor* Hager's *opinion* [viz. that the Abbé Vella's explanation was together false and that the words had no relation to Roger, king of Sicily], *by thus explaning the Inscription on this Onyx* &c. s. f.

([6]) De hac litterae hujus contractione quia non cogitabat *Monumentorum Cufico-Siculorum* apud Rosarium Gregorio interpres, factum est, ut in *manicâ Albae Imp. Friderici* II, et in *Abaco aeneo Musei Academi-*

Idem fere in ejusdem dynastiae numis nomini urbis *Gülistan* accidit, quod a paucis si recesseris, vel كلسان vel كلسان scriptum. (7) Similiter in numo Harun-Raschidi a. 191, qui hic in *Museo Imperiali* asservatur, nomen loci; ubi cusus est, طبرسان exaratum pro طبرستان; et in numo 'Ass-ed-dini Caicausi (apud cel.° Tychsen. in *Com. Soc. Reg. rec. Vol.* III Tab. I. N°. XII) nomen ultimi Chalifae 'Abbasid, المستعصم scriptum est المتعصم, quod neutiquam cum doctissimo editore (l. c. p. 98, 101 et 102) legere licet *el-Motaasem* (el-Mota'assem), et in Inscript. apud Rosar. Gregor. p. 184 obviâ السعد *felicitas* quia السعد scriptum, non captum est ab interprete, qui cum alienâ litterâ conjunctum inde creavit العدن Sed ejusmodi contractio non cadit fere, nisi in vocabula et nomina translaticia atque nemini non nota, quale *Sultan* esse et qualia suo quidque aevo suisque in terris nomina *Gülistan*, *Tabristan*, *Musta'sem*, fuisse non infitiaberis. Verum in vocibus minus frequentis usus et ambiguitati facile obnoxiis eam nunquam deprehendi nec in numis nec aliis in monumentis; quà in caussâ يسير versari patet.

Lectionem secundi vocabuli الحق tueri quidem *quodammodo* potest tum Elif in priscâ scripturâ subinde litterae sequenti conjunctum, tum flexus ille finalis litterae ق ad figuram του ن accedens in hoc ipso vocabulo الحق in numis Chalificis passim obvius (vid. e. c. *Goett.* N°. VI. *Borg.* I. N°. IV.). Ultimam tamen litteram quominus pro ق finali habeam, tam ejus figura plus justo extensa in altum, quam apices in superiore ejus parte obvii, ab hac litterâ sane alieni, me impediunt.

Quod in altero versu obvium ven. Adler كل transcripsit, ejus litteram priorem vix probaveris exemplo aliquo, quod e chara-

---

» *ci*, item in *vase aeneo Monasterii St. Martini*, quae omnia *Panormi* servantur, *Otho* s. *Othon* الاطان s. الطان lectum sit, quod السلطان *es-Sultan* legendum erat. Deleantur itaque, quae apud laudatum auctorem de his monumentis necessitudinem, quae Arabibus Siculis cum *Othone* IV. *Imperatore* intercesserit, illustrantibus valde docte disseruntur.

(7) Unde id Interpretes alii *Casan*, alii *Gülschan*, alii aliter legerunt.

ctere Cufico priscae aetatis, ad quam haec gemma referenda mihi videtur, petitum sit, estque omnino talis ejus figura, qualem hîc ei attribuendam putavit auctor, a Cuficâ scripturâ aliena. Medii quidem aevi scriptura Arabica numaria vel lapidaria admisit, sed ea non Cufica; sed de genere scripturae *Sülüs* vel *Sülüs-dscherisi*. Sic e. c. in numo (8) Sultani Seldschukidici Caikobad filii Caichosru (a. H. 617, ut videtur) ليقباد scriptum dixeris; item in numo (9) Sultani Seldschuk. Caicaus filii Caichosru (a. 644) ليكاوس pro كيكاوس cernitur; item in numo, a rege Georgiae auctoritate Mängu-Ka'ani cuso مىلو exaratum pro منكو est; (10) in numo a Timurlengo et Ma'hmude, Chano Dschaghataïdico, cuso prius ك τoυ كوركان ad figuram τoυ ه in gemmâ obviam accedit. Sic porro in *Solarii Panormitani Inscriptione trilingui* apud Rosar. Gregor. p. 176. اللية scriptum est الملية legendum; id quod non adtendens Interpres اللية transcripsit et in aliis etiam hujus epigraphes vocabulis errans eam minus recte vertit. Est autem sic vertenda: *Majestatis* (l. الحضرة pro الحصنة) *regiae*

(8) Est in *Museo* Krugiano.

(9) Exstat in *Mus.* Lebzelteriano.

(10) Hujus numi rarissimi, cujus exemplum unum in *Bibliothecâ Imper. publicâ* Petropoli, alterum in museo ill. *Rühle de Lilienstern* Berolini servatur, epigraphas, quoad legi possunt, adjicere juvat.

A. I. — بقوة خدا	*Potestate Dei* —
باقبال پادشا —	*fortunâ Imperatoris*
جهان منكو قاا —	*Mundi Mängu Ka'an.*
M. سنة خمسين (?) و ستماية	*anno* 650.
A, II. — (?) داود ملك	*Dawid Rex* (?)
بن كيوركى	*filius Giorgi*
العراملى (?)	. . . .
infra: تفليس *Tiflis.*	

De hoc Davide cf. cel. Klaprothii *Reis. in den Kaukas.* T. II, p. 185. et cel. St. Martin, Mémoir. sur l'Arménie T. I, p. 385.

(العليّة) *augustae* (l. المطيّة pro العليّة) *Rogericae celsae* — *cujus dies perennes esse jubeat* (l. ابد pro ابد) *et signa* (s. vexilla) *stabiliat* (s. victricia reddat) *Deus* — *jussum emanavit, ut construatur hoc instrumentum ad observandas horas,* (الساعات) *in Siciliae Urbe* (primariâ) *quam Deus tueatur* (المحمية i. q. حماها الله), *anno* 536. Similiter l. c. pag. 182. in *Abaco aeneo Musei Acad. Panormit.* littera ﻛ *k* ad modum ﻻ *l* formata, in vocabulis perperam lectis الاثرن, اللال, الللى et الاملى, quae legenda sunt: الاكبرن, الكلى, الكاملى. Similiter l. c. p. 184. in *Ollâ aeneâ*, quae *Panormi* in *Parthenop. S. Mariae Virg.* asservatur et in cujus inscriptione legendâ plus quam cogitaveris erratum est, لولى اللالات exaratum pro اكمالات (i. e. *Ei qui omnibus praeditus est virtutibus*). Interpres legit: لولى الاثرن والاد quae sensu carent. Porro apud eundem Ros. Gregor. p. 185 in *Vase aen.* in *Monasterio St. Martini Panormi* asservato, الكل scriptum est اللل, id quod nec Interpretem fugit. Eodem modo l. c. p. 186 in *ejusd. Monasterii abaco aeneo*, qui viri alicujus *excellentis* fuit (de tali enim النز — male ibi lectum العز — usurpari solebat) اللريم scriptum cernitur, quod non اللهم, ut ibi factum est, sed الكريم legendum; item اللس quod الكبير non autem الليلى legendum erat. — Etiam in *Vase aeneo Musei principis Biscaris Catanae* l. c. pag. 187 ﻛ ad instar litterae ﻻ formata. Sed satis exemplorum est. Ad quae moneo, ut numi illi, ita haec quoque monumenta saeculorum H. sexti, septimi atque adeo recentioris esse, et omnia, non charactere Cufico, sed Neschico vel Sülus-Dscherisi exarata.

Quod proxime sequitur, *m* finale Cuficum est, passim eâdem figurâ in antiquis monumentis gaudens, non vero من. Hoc quo modo scribatur, ipse prior versus docet.

Nec postrema vox, transcripta غدر, admitti potest. Quem primum hic titulus Cuficus sistit ductum, is litterae غ neutiquam respondet. Est omnino ه. Inspice, si placet, e. c. وحده illud in numis Cuficis tritissimum.

Ad Arabica venio eorumque versionem. Ab ipso initio quum يسير legi nequeat; restaret يسر. Sed يسرالحق من القدر quid sibi velint, non assequaris. In quamcunque partem verteris torserisve, eum, quem versio exhibet, sensum non deprehendes. يُسِّرْ vel يُسْرِ quominus efferas, vetat Arabismus hac in caussâ aoristum apocopatum non admittens. Pronuntiandum itaque foret يُسْرٌ vel يُسْرٍ (scil. stat. constr. 78 يُسْرِ); sed neutrum huc quadrat.

القدر versum: *Deus*. Minus recte. القادر i. e. destinans res omnes, hoc sensu utuntur. القدر est *fatum*, *necessitas fatalis* etc.

فلا غدر) Etsi non sit, quod quis in penultimâ voce ita transcriptâ offendat; nam in Cuficis لا, etiam praecedente praepositione vel conjunctione ف, passim لا exaratum deprehenditur, veluti in *Pallio* illo *inaugurandis Imperatoribus Germanicis* لا, et in fragmento *Korani Cufici* (v. S. de Sacy *Gram. Ar.*) فلا; tamen non patet, quo pacto ف hic commode admitti possit, quum verbum sequatur in praeterito positum nec قد adsit (dicunt من كتم سرّه بلغ مراده et من نقل اليك نقل نقل عنك), nec quomodo verbum temp. praeteriti praecedente negatione لا hic commode locum habeat. Aoristum hac in caussâ desideres, veluti dicunt: من يؤمن بربّه فلا يخاف بخسا ولا رهقا. Atque ipsi verbo غدر aliena vis tributa: *errare*, *falsum esse*. Imo vero denotat: *fallere*, *prodere*, *fraude obruere*. Nec vel passive prolatum غُدِرَ significare potest: *in errore versari*.

Tota denique sententia, inprimis autem pars ejus posterior, quam langueat, nil attinet multis exponere. Quisque, vel me non monente, id ipse non potest non sentire.

Verbulo adhuc observare juvabit, in transcriptorum Arabicorum pronuntiationem, in *Asiatisch. Magazin* l. c. litteris latinis expressam additamque, nonnullos operarum lapsus irrepsisse, ut القدر *akkader* pro *alkader*. Nam etsi lingua vulgaris nonnunquam *lam* articuli ante litteras nonnullas, quae non sunt e solarium numero, ad harum imitationem coalescere cum sequenti litterâ patitur, (ut cum dicunt قنطرة الجّديدة *Kantaret-edschedide*, من الجّب *min eddschubbi*): tamen tale quid in litteram ق etiam cadere nunquam observavi. Atque si ea et ipsa admitteret, cur in sententiâ nostrâ eâque poëticâ vulgarem pronunciandi modum sequeremur? Operis etiam debentur vitia من *min* pro *man* et راى *rai pro ra-a*.

§. 3.

Ill. L. Baro Sylvester de Sacy, quum librum *Hagerianum* supra laudatum in *Magasin encyclopédique*, V. année, Tome VI (a. 1799) recenseret, tantum abfuit, ut onychem hunc silentio praetereundum duceret, ut potius dignum haberet, cujus inscriptionem nodosam solvere et illustrare experiretur (vid. l. c. pag. 355 sq.). Idem in *tabulâ* diario adjectâ gemmam denuo delineari curavit; quamquam haec delineatio ab accuratâ illâ elegantiâ, quam *Hageriana* et *Klaprothiana* prae se ferunt, remota est. Juvat viri eruditissimi interpretationem suis ipsius verbis conceptam ponere; habet ea autem hunc in modum:

„Si je lis bien cette devise, elle n'appartient point à un Musulman, mais à un Chretien. Elle signifie à la lettre:

بِسْمِ ٱلْعَلِيّ مَنِ ٱلْتَجَى
قَامَ رَأَى وَلَا نَجَا

In nomine Ali qui refugium quaesierat,
Surrexit, vidit, et non (erat) *salus.*

ce que l'on peut traduire ainsi :

Celui qui avoit mis son refuge dans le nom d'Ali,
S'est levé et a vu qu'il n'y avoit point, pour lui, de salut.

C'est donc, à ce qu'il paroit, une sorte de satyre de la confiance que les Arabes de Sicile, partisans d'Ali, comme les Khalifes Fatimis auxquels ils obéissoient, mettoient dans le nom et les merites de cet imam. On pourroit même donner à cette devise une application historique plus précise, en supposant qu'elle a pour objet le Kaïd Ali ben Nama, surnommé Ebn-al-Hawasch, qui lorsque Roger soumit la Sicile, étoit maître d'Agrigente, et de Casriana (Castro Giovanni, anciennement Enna). Ces deux places furent les seuls qui soutinrent, pendant quelque temps, l'effort des armes de Roger. Ali ben Nama soutint même un siége dans Casriana, après avoir été battu, devant cette place, par Roger (Voy. Aboulf. *Annal. Mosl.* ed. d'Adler, T. III, pag. 277–279). On pourroit donc supposer que cette pierre fut gravée pour Roger, après qu'il eut vaincu Ali ben Nama, qui avoit inutilement compté sur la protection d'Ali dont il portoit le nom. — Au reste je soumets cette explication au jugement des savans."

Viri doctissimi acutum ingenium quis est qui hic quoque non admiretur? Neque tamen haec interpretatio Cuficis concinit. Ab ipso ill. auctore jam retractatam esse novimus; itaque nostrum esse non censemus eam recensere.

Quam *tertio loco* ponimus, interpretatio profecta, est a viro juveni nescio quo, et in libello menstruo Berolinensi (*Neue Berlinische Monathsschrift*, 1799, Novemb. N°. 4, pagg. 386-389.) in vulgus edita a Klaprothio. Transcripsit autem ille Cufica sic in litteras Latinas:

Dasaa saliya man a'lkadri.
Dsalulon aaf la battata.

quae ad verbum ita sonare ait:

Expulit tranquillitudo animi amarum providentiae.
Obsequens jumentum moritur non prorsus.

et germanice:

Seelenruhe verscheucht die Bitterkeit des Geschicks.
Ein folgsames Lastthier stirbt nicht sogleich.

Patet ex transcriptione Latina ([11]) additàque versione, Cuficum titulum lectum esse ità:

دَسَعَ سَلِيٌّ مِنْ ٱلْقَدْرِ
ذَلُولٌ. اَفَّ لَا بَتَّةً

Haec legens olim *obstupui*, *steteruntque comae.* Adeo ea tum a characterum Cuficorum ratione tum a linguae Arabicae usu abhorrent, atque auctor tantum abest, ut hujus elogii eruendi difficultatem subolfaceret, ut etiam Cufica haec quasi contemtim haberet levique brachio expediri posse sibi persuaderet ([12]). Id probatum dare, ludus est.

---

(11) Auctor Arabica litteris Latinis expressisse videtur propterea, quod Berolinum tunc temporis typis Arabicis carebat.

(12) Ipse disertis verbis ita: *Aus der Cufischen Inschrift geht, wie mit grosser Leichtigkeit zu ersehen ist, folgendes hervor* —

Ad primum vocabulum, دسع lectum, quod attinet, litteras د et ع qui in ipsâ Gemmâ h. l. deprehendere sibi persuadeat, nae is nihil non ex Cuficis elicuerit. Harum litterarum figurae Cuficae plane differunt ab iis, quas onyx tibi sistit. Nec verbum دسع sensu eo, quem auctor hîc ei attribuit, gaudet. دسع (cum masdaris دَسْع et دَسْعَة, quod posterius Castello addendum) significat quidem *pellere*, *propellere* (دفع) ([13]), sed usus evaluit, ut specialiter adhibeatur de *camelo*, *qui ex imo in os propellit*, *protrahit* (*eructat*) *pabulum ad ruminationem*, vel *de homine cibum vomente*. Audi Wan-kulium: الدسع والدسعة دالك فتحى وسينك سكونيله دفع معناسنه در يقال دسعه يدسعه دسعا ودسعة من الباب الثالث ودسع دوه كويش كتورمكه دخى ديرلر يقال دسع البعير بجرّته اذا دفعها حتى اخرجها من جوفه الى فيه. Inde دسيع ab eodem explicatur اوموزده بيون ايندوكى ير seu *locus*, *ubi inter scapulas demersum collum est*, *interscapilium*, vel rectius, ut videtur, a Scholiaste ad Ibn-Doreidi *Poëm. ed.* Scheid. v. 76: *locus*, *ubi cibus potusque descendunt per gulam* (ideoque ruminatione ascendunt).

Saliya) Versio: *tranquillitas animi* docet auctorem scripsisse *Salijjon* سلى. At littera س hîc nulla deprehenditur. *Sin* Cuficum a Neschico parum abhorret, si a crassitudine ductuum discesseris. Gemma nostra hîc, non unam litteram, sed tres conjunctas سلى vel لله vel الد conspiciendas palaeographiae Cuficae gnaro praebet.

mana) Non dubium est, quin operarum lapsus sit, pro quo auctor scripserit *morra* مُرّ. Licet quidem sic etiam pro من le-

---

([13]) Ut دفع, ita دسع etiam potestate *dandi*, *donandi*, gaudet, veluti in illâ *Traditione Mu'hammedicâ*: الم اجعلك تربع وتدسع i. e. nonne feci ut camelos verno tempore parientes possideas et larga dona effundere possis (an vero: quartam spoliorum partem accipias) lautisque muneribus afficiaris? Inde دسيعة i. q. عطية et فلان ضخم الدسيعة i. q. عظيم الاحسان

gere, siquidem *r* et *n* finales subinde parum distinguit scriptura Cufica. Nec *amaritudo* providentiae (imo: *fati*) ab usu aliena, veluti occurrit مرارة الموت *acrimonia mortis*, apud Ibn-'Arab-Schah. T. II. p. 838; item: fortuna لم تحل الا وتمررت *tam dulcis non est, quin et amaritiem prodat*, Abulf. in *Annal.* Vol. III, p. 638, et Ibn-Doreid. *Poëm.* v. 172: امرّ لى حينا واحيانا حلا *praebuit mihi aliquando potum amarum, aliquando dulcem.* Coll. Elmac. pag. 68: ايام صعبة مرة *dies duri et amari* ([14]).

al-kadri) Hoc unicum vocabulum est, quod ab hoc auctore satis recte lectum non negamus.

dsalulon) Versus secundi vocem primam et secundae litteram primam male conjunxit; nec minus ruit in his transcribendis litteris. Primam litteram pro ذ et tertiam pro ز habere quo pacto possit, qui vel unum monumentum Cuficum legerit, equidem mente non comprehendo. Adeo harum figura aliena ab eâ est, quâ in charactere Cufico induuntur.

aaf) Ejusmodi soni vocabulum quomodo ex litteris proxime sequentibus elici queat, assequi non possum. Videtur interpres voluisse آف. Sed quid? habuitne pro nihilo ductum ى an vero non animadvertit? quamquam oculos fallere neutiquam potest. Numquid illud *aaf* errori operarum debetur? Nam آف neutiquam denotat: *mori*, imo vero: *nocere, laedere.*

la battata) لابتة. Sed interpres *he* foemininum hujus vocis in ipsâ Gemmâ desiderari ait. Igitur لابت aut لا بتت ibi deprehendere sibi visus est. Mala noxa (credo) hominem egit. Vocis مذر

([14]) Moneo, in versibus illis ab Haruno Raschido moribundo recitatis, quos legere est in Abulfed. *Ann.* II, 94. pro مرّ العواقب legendum utique esse — مرّ.

primam litteram Cuficam quis pro ؋ habuerit? quis in sequentibus deprehenderit, quae noster? Vel tiro in palaestrâ Cuficâ adeo non ruerit. Accedit Arabismi, quae hîc quoque nulla est, ratio: ذلول آنّ لا بتّة. Fingamus ذلول in Cuficis esse, fingamus آنّ adesse et valere idem ac: *moritur;* ubinam illa viget dialectus Arabica, quae constructionem hanc tueatur? Dicunt Arabes: لا افعله بتّةً vel البتّة *non faciam id ullâ ratione, neutiquam id faciam,* لا نجد منه شيا البتّة *eorum nihil prorsus reperimus* لم يسمّ ابدا ذلك الشى نقدا البتّة *nullo prorsus tempore talis res moneta appellata est* etc. Non vero dicere licet افعله لا بتّة , نجد منه شيا لا بتّة.

Intelligitur, tali modo in monumentis Cuficis legendis versari, idem esse atque lubidini et arbitrio fraena laxare; nec hanc explicationem continere nisi احاديث طسم واحلامها, ideoque non lituris, sed liturâ inducendam esse. Dicta haec sunto, quo moniti alii, peregrini et hospites in palaestrâ Cuficâ, temere et petulanter in hanc arenam sese dare caveant!

§. 5.

Quartum solvendae hujus inscriptionis periculum debetur viro illi, qui aetatem fere totus in studiis Cuficis versatus est, qui, quam eorum usu subactus esset, multis et egregiis speciminibus probatum dedit, qui (ne longum faciam), dum vivebat, in palaeographiae Cuficae finibus principatum tenuit, — Olaum Gerhardum Tychsenium dico. Hic vir doctissimus MDCCCII cum C. G. de Murr, quo cum amico nunc in beatorum sedibus versatur, hanc hujus tituli explicationem communicabat:

حَسَنْ ٱلْحَنِى [ٱلْحَبِى] مِنَ ٱلْقَدَرْ

حَزْمْ زَيَانِى وَلَا خَدَرْ

additâ hac versione:

Praestantior est gratia mea (s. amor mei) potentiâ;
Vigilantia est ornamentum meum, non autem inertia.

Deinceps autem (anno certe MDCCCIX) paullulum mutatâ ratione ipsi legenda visa sunt:

حُسْنُ ٱلْحُلَى مِنَ ٱلْقَدَرْ
حَزْمٌ زِيَانِى وَلَا حَذَرْ

quae ab eo hunc in modum versa:

Vortreflicher ist ein Kleinod als die Macht:
Standhaftigkeit ist mein Kleinod, nicht Furchtsamkeit.

Latine ita fere sonarent:

Praestat cimelium (ornamentum) *potentiae:*
Constantia meum est cimelium (s. ornamentum), *non trepidatio* (s. timor).

In reducendis Cuficis ad Neschica artificem agnoscis diuturno usu exercitatum. Tam curiose, tam religiose ductum fere de ductu expressit, ut quovis pignore contenderis: *hic est, aut nusquam quod quaerimus.* At secus rem habere, probari potest tum ex transcriptis passim a linguae Arabicae normâ aberrantibus, tum ex languore, qui totam sententiam ex transcriptis extorsam tenet. Age jam exploremus singula.

حسن). Primae litterae transcriptio sola in hoc titulo est, quam dubito an defendere potuerit vir b. Erectum ductum pro ح initiali habuit. Ipsa gemma in alterius versus primâ litterâ ح initiale monstrat et tale ab ipso Tychsenio agnoscitur; sed hujus figura ab illâ multum differt. Par erat, eam exemplo uno alterove ex monumentis petito probare. Id facere supersedit vir optimus.

Equidem, quod eam tueatur, in monumentis aliis invenire non memini. — „Cum extremâ quidem ejusdem vocis litterâ similem litterae ن figuram in voce tertiâ versûs prioris obviam comparat auctor; id quod non absonum.

Jam hanc vocem non solum minus recte transcriptam, sed etiam minus recte versam esse censeo. Vertens حَسَنٌ *praestantior*, attribuit huic adjectivo vim comparativi احسن, quâ caret. Neutiquam enim in eàdem caussâ atque خير *bonus* (id quod optimus T. mente confudisse videtur) versatur. Hoc utique ad instar adjectivorum Hebraicorum, Syriacorum, Chaldaicorum etc., quae formâ peculiari comparativum et superlativum indicante carent, sequente مِن comparativi, sequente substantivo superlativi vim induit; coll. Persarum به pro بهتر et Turcarum يك pro يكرك. Sed cum حسن in eàdem caussâ non versetur et احسن sibi soli gradum vel comparativi vel superlativi vindicet, حَسَنٌ non potest verti: *praestantior*, sed: *pulcher*, *egregius* debet.

الحلى) Etiamsi, ita ut legas, utique suadeant litterarum Cuficarum ductus, etiamsi significatione *Kleinod* i. e. κειμηλιον, quam Tychsenius τῳ حلى attribuit, substitueris veram illam, quâ pecul. *mundum muliebrem*, et in genere omne *ornamentum*, *decus*, denotat (ut cum dicunt حلى الرجال الادب *ornamentum virorum est morum et doctrinae elegantia*) frustra tamen hanc lectionem adaptare reliquis studui, nec veram esse censeo; multoque minus autem eam, quam vir b. m. in primo periculo produxit آلْغَنِيّ vel آلْحُبَى quaeque miror quomodo vel in secundis curis, quae tamen σοφωτεραι esse solent, adhuc ipsi arridere potuerit. Nam licet passim in scripturâ Cuficâ ـ (i. e. ت, ث, ن, ي, ب) plus justo in altum erigatur (vid. e. c. in *Inscriptione Kiblae Templi Corduben-*

sis (15) حاجبة , رخبة (sic enim legend. non دخلة ut Tychsenio visum), et شرطة (sic leg., non vero cum Tychs. شرطية); tamen nullo pacto الحبى (quod vertit: *amor mei*) vel الحنى (quod vertit: *gratia mea*) legere licet. Nempe lingua Arabica (ut constat), cum plerisque aliis linguis articulo gaudentibus, in substantivo, quod pronom. possessivo auctum, articulum respuit, contra quam Graeci et Itali faciunt. Sed optimus Tychsenius, nescio qui factum sit, ut in hunc linguae Arabicae canonem notissimum saepe offenderet. Evolve e. c. ejus Catalecta Arabica, Praef. pag. VI, et p. VII it. pag. 83, pag. 84, p. 43 et p. 32, h, (coll. p. 183). Videtur sane hujus canonis capitalis prorsus immemor fuisse.

Paucis adhuc notare expediet, حن non denotare *gratiam*, quo tandemcunque sensu hoc vocabulum sumserit vir beatus. Castello quidem si fidem habes, حن est مصدر s. no. act. ad totam primam verbi formam pertinens, quo pacto significare possit στοργήν, *cordis tenerum affectum*, quod alias حنان et حنين; sed Wan-kulio inspecto discimus حن ad solam eam, quae tertium locum apud Castellum occupat, verbi significationem referendam esse ideoque denotare: *prohibitio*, *retentio*.

القدر) Recte transcripto vocabulo significatio minus apta tributa videtur. Potentiam seu vires potius dixeris قدرة s. قوة. Infra de eo loquar.

حزم) Hanc lectionem quum ego quoque elegerim, rationes, quae defendant atque illustrent, §. 6. invenies.

زباني) Ductum de ductu expressum رباني Tychsenius animavit زباني. Sed licet etiam animare رَبَّانِي, vel رِبَّانِي vel رَبَانِي,

---

(15) In v. Murr *Beyträg. zur Arab. Litt.*

vel زَنَّانِي, quid? quod aliis adhuc modis legeris. Quod ad Tychsenianum زَبانِي; vide, lateatne anguis in herbâ. Scilicet زِبان pro زين (ornamentum), ab usu abhorret, nec apud Wan-Kulium inveni nec apud auctores Arabicos. Castellus quidem in *Heptagl.* sub זין habet, sed nullâ additâ auctoritate.

ولا), *nicht aber.* Imo potius simpliciter لا hoc sensu dicendum fuisse videtur, e. c. *Bord.* v. 143. مِن شِدّةِ الحَزْمِ لا من شدة الجزم.

حذر) denique non tam est *timor*, *trepidatio*, quam *cautio*, *metus*, ut postea probabitur.

Haec sunt, quae circa hanc explicationem notanda duxi. Apparebit ex iis, etiamsi transcriptio Neschica, (ut a viro palaeographiae Cuficae peritissimo exspectari par erat) ductuum Cificorum rationi per omnia fere congruat, tamen haec transcripta rata haberi non posse. Jam vero totam sententiam, qualem ex iis elicuit, si spectes, fieri non potest, quin eam deprehendas incongruam, hiulcam, languidam et sine nervis. Id quod per singula consectari supersedeo.

6.

Itaque quum in nullâ harum interpretationum, vel a peritissimis doctissimisque viris profectarum, acquiescere liceat, non videbor (spero) supersedere potuisse curâ atque operâ, quam et ipse in novo periculo ponere ausus sum. Jam habe, quae ego quidem mihi videor in Cuficis legere:

❀ لَيْسَ يَتَخَلَّى مِنَ ٱلْقَدَرْ

حَزْمٌ رَابِئٌ وَلَا حَذَرْ ❀

i. e.

Nicht sicher ist vor des Verhängnisses Macht
Des Sterblichen Vorsicht und späh'nder Bedacht.

seu magis κατα λέξιν·

Non vacat metu fati divini
Prudentia speculans, nec cautio.

i. e. Nec ipsa prudentia circumspecta, nec cautio, metu fati divini exemta est.

Ad probandam hanc lectionem haec habeto.

ليس) Lectionem primae litterae simillima figura τ8 *lam* in voce التقدر tuetur, quo quidem ut hoc paullo brevius sit, effecit ornamentum oblongum superne additum, quale in extremo versu altero inferne adjectum vides. Sustinet autem hoc utrumque ornamentum vices signi ❀, quod cum ab initio tum in fine versuum ponere solent.

بتغار) Rationem, quâ duas primas litteras ٮٮ transcripsi, tuetur بتغارا in numis Samanidarum passim obvium, e. c. in meis *Beiträg. z. Muhammedanischen Münzkunde* N°. 65. et in *Nov. Symbol. ex Mus. Pflug.* Tab. I. N°. 19. *Mus. Fuchs.* Tab. XV, N°. XIV. XXI al. Figuram litterae proxime sequentis ع, cujus, ubi conjuncta a dextrâ est ع, linea inferior sub praecedentes litteras porrigi solet, tum idem nomên بتغارا in numis modo laudatis, tum ثعلب in numo Isma'ilis Atabeki apud Barthelemium in *Mémoires de Littérature* etc. Tom. XXVI. Tab. I. N°. 7 (16), tum اصلحه, المحراب, اصحاب in *Inscript. Kiblae templi Korđub.* apud de Murr l. c. tuentur (17). In quartâ litterâ non potes non

(16) In hujus numi Areâ non figuratâ legendum moneo المستقى, non المستنصر ut Deguign. in *Geneal. Chronol. Einleit.* p. 312 et Barthel. l. c. p. 564 legerunt. Etiam id moneo, ex hoc numo Parisiensi illustrandum esse eum, quem ill. de Hallenberg in fronte libri: *Quatuor Monumenta aenea,* aere expressum dedit et p. 57 sq. explicare studuit.

(17) Ex multis aliis exemplis unum adjicere placet *sigillum Cuficum Musei Prauniani* septimum (ed. a b. de Murr in Cordonne's *Gesch. von A-*

ı l agnoscere, simile in superiore quidem parte eidem litterae vocabulorum ليس et القدر. Ultimam litteram pro ن habui (18); licet tamen eam etiam pro caudâ litterae ل habere. Nimirum ut cauda litterae finalis ق passim ad modum ى inflectitur (vid. حق in fragmento *Korani Cufici* in Niebuhr. *Descript. Arab.* Tab. V, et الحق in numis Chalificis multis, item دمشق in numis Umaijadicis fere ut دمشقى scriptum), ita accidit, ut et لى pro ل sculptum in numis Cuficis deprehendatur. Exempla habe numos ab Emiro Samanide, Isma'ïl ben A'hmed, Schaschae (19), Balchae, Anderabae, Bijarae, Samarkandae, nec non ab ejus successore et filio A'hmede in urbe Meru cusos, in quibus nomen اسمعيل sane legeres اسمعيلى, nisi priorem lectionem unice veram esse constaret. Quod quum ita sit quumque primos duos ductus etiam pro ll habere liceat, nil obstat, quominus hoc secundum vocabulum للعل legas; id vero an per linguae rationem admitti possit, infra in ipsâ explicatione tituli examinabimus.

من) Vide sis hanc voculam apud Rosar. Greg. p. 146 et 151 من دعا et p. 155 versu Cuf. 9. خلت من شهر (sic leg.) it. in Nieb. *Descr. Arab.* Tab. V vers. 2 ab init., nisi quod quae in nostrâ gemmâ disjunctae cernuntur duae litterae, ibi rectius conjunctae sunt.

---

frica u. Span. T. III) male lectum a Casirio et Reiskio الله ولى الله رحوم موسى (*deus tutor, deus misericors. Moses.*), quum legi debuisset الله ولى اسحق بن موسى i. e. *deus tutor* (s. amicus) *est Is'haki filii Musae.* Hic nomen اسحق inspice pro caussâ nostrâ.

(18) Pro tali si habes, vocabulum Cuficum etiam lectionem للعلى admittit (*ad grave negotium fati, contra fatum ubi grave volvitur.*)

(19) Vide Adleri *Mus. Cuf. Borgianum*, Tom. II, N°. XXXI.

القدير) Hujus vocabuli lectio quidem mihi convenit cum Adlero et Tychsenio, sensu autem, qui ei tribuendus, ab utroque dissentio.

حزم) Litterae primae figura paullulum prona omnino jubet eam pro ح habere, coll. خلد, بالرخام al. in *Inscript. Kiblae Kordub.* Est, ubi linea superior magis depressa est, veluti in *Fragm. Kor. Cuf.* apud Niebuhrium; est etiam, ubi erecta fere stat, ut in ادخل apud Greg. Ros. l. c. p. 146 et in حسبى *Onychis* ornantis frontem libri: *Berättelse om Svenska Kongl. Mynt-Cabinettet* etc. *af* J. Hallenberg (20). — In litterà secundà ز adeo in altum productà, ut pene ل referat, non est quod haereas. Litteras ز et ر scriptura Cufica passim sursum extendit. Cf. sis الرحيم in *Monum. Puteol.* apud Rosarium Greg. pag. 144 et الرحمة ib. p. 146. et الرحمن in *Epit. Beit-el-Fakihensi* (Nieb. *Descr. Arab.* Tab. VI.), item زمزم in *Monum. Puteol.* l. c. p. 144, et in *Epitaph. Ghalefkae* (Nieb. l. c. Tab. VIII.), item الامير et بن in numo Panormit. apud Tychs. *Additam.* Tab. I. N°. 7, denique عمر apud Rosar. Greg. p. 158. (21). Nempe in litteris erectis, quales ا et ل sunt, pars elegantiae Cuficae versatur eaque eo major in epigraphe aliquâ censetur, quo frequentior harum similiumque (22) litterarum in altum extensa figura recurrit. Vel hodie glypta, qui nasum habet, tergiversatur aggredi scalpturam, si epigraphe Arabica scalpenda eget tam ejusmodi litteris, quae aut

(20) Epigraphe onychis ita legenda:

امنت بالله ربى
الله الله حسبى

i. e. *Credo in Deum. Dominus meus est Deus. Deus mihi sufficit.*

(21) Ita enim ibi versu 7 Cuf. legendum, non vero احمد. Nempe illa, quae in fine versus sexti cernitur, linea ad م του سلم pertinet. Illud igitur epitaphium non *A'hmedis*, sed *'Omari* est.

(22) Ut ا, ﻻ al. vid. e. c. ذاتية aqud Greg. p. 150.

per se gaudent figurâ erectâ aut ad eandem aptari possunt, quam talibus, quas, veluti ب et ن finales, in planum porrigere et per illas erectas, tignorum transversariorum ad instar, trajicere licet, quam posteriorem rationem aetas recentior nasci vidit. Ab illo elegantiae judicio est, quod in titulis Cuficis caudae etiam litterarum ل, ز, و, ن aliarumque similium, contra priscum scribendi morem sursum reflexae et porrectae reperiantur, scilicet quo columnarum augeatur numerus. Inspice, si placet, *Pallii Imper. German. inaug.* inscriptionem apud Gregor. Rosar. p. 172 et alia monumenta Cufica ib. ut pag. 150. 151. etc. Quid? quod artifices reperti sunt, qui huic generi elegantiae adeo indulgerent, ut insuper lineas tales in altum erectas, omnino illas superfluas, adderent; veluti in *Lampade* meâ *Bylariensi* vocis اليمن *n* finale in altum flexum est eique a dextrâ addita cernitur aequalis fere linea ا, eo nimirum consilio ut vocis finis compositus sit ad similitudinem initii. Id quod palaeographiae Cuficae studiosos admonitos volo, ne tale quid deprehendentes ad alia omnia suspicanda abripiantur. — Ad tertiam hujus vocis litteram venio. Jam supra negavi pro من haberi posse. Utique م finale est. Hanc litteram modo caudâ brevissimâ sive horizontali sive perpendiculari, modo longiore eâque nunc pendente nunc in altum erectâ instruit scriptura Cufica. Longiore quidem et pendente instructam, ut in onyche nostro, habes etiam in *Jaspide*, aere expressâ in Adleri *Mus. Cuf. Borgiano*, Tom. II, p. 32, sed minus recte lectâ (ib. p. 180), unde ejus explicationem hac datâ occasione emendatam addere non ab re erit. Lege:

يا عالم خَفيتّي

اغفرلى خَطيّتى

i. e. *O tu, qui perspectum tenes arcanum meum, veniam da delicto meo.* Ad priorem versum quod attinet, conf. عالم الغيب والشهادة

in *Carneolâ* aliquâ, et يا الله العظيم انت تعلم الخفيات والظاهرات in *Histor. X Vesiror.* p. 105; ad posteriorem adi Henningii *Muham. prec.* p. 398, ubi eum et ipsum legere est; ad integram autem sententiam, conf. quae in *Conchâ magicâ* quâdam leguntur: اللهمّ انك تعلم سرّى وعلانيتى فاقبل معذرتى. Ven. Adlerus pro خفيتى legit جنبى, et pro خطيتى — خطيى. Verum جنى non significat: *iniquitas*, imo جناء vel جنوة. جنىّ, vox rara, denotat *injuriâ affectum*, ut in illo *poëtae:* ولست بالجانى ولا الجنى *injuriam nec feci nec accepi.* Neque خطى *peccatum* est, sed خطاء et خطية.

رابى) Ad quot lectiones varias pateant hi ductus, jam supra p. 58 sq. innui. Non est mihi in animo, hîc omnes, quas insuper admittant, enumerare. Prima littera ر est, coll. رمضان in Rosarii Gregor. *Coll.* pag. 157, XIX. sic enim ibi legendum loco pravi بفضال, quod ibi non minus prave versum est, *in excellentiâ.* Secundum ductum pro duplici litterâ, quod utique licet, با habuit Tychsenius, legens ربانى; ego pro simplici ا habere malui; Passim namque scriptura Cufica litteram ا, non connexam, infra a dextrâ auget vel lineolâ horizontali (sic fere in *Pallio* saepe memorato et in *numis Panormi* cusis, apud Tychs. in *Addit.* Tab. I. N°. 7. 8.) vel unco plus minus curvato, quem facile induci possis, ut pro litterâ ب aut ت aut ن aut ث aut ي habeas. Adi sis *Inscript. in aedib. familiae de Emmanuele Drepani* apud Ros. Greg. p. 141. (23) et passim ibid. it. Fragment. *Kor. Cuf.* apud Niebuhr., *Inscript. Kiblae Kordub.* apud de Murr. aliaque Monumenta Cuf. In eo autem noli offendere, quod Elif alterum in gemmâ nostrâ obvium ejusmodi unco careat. Non adeo sibi constare solent glyptae, vel unâ in epigraphe. Vide

(23) Minus recte b. Tychsen. ibi legit وما ترفيع الا بالله Legendum est توفيقى et vert.: *Non secundantur res meae nisi a Deo.*

quantum in hac ipsâ litterâ variet *Epitaphium Melitense* in *Fodinis Or.* Vol. I. editum; adi etiam *Inscriptionem Pallii Imper. Germ.* et vide, quantâ in varietate ibi figura litterae ر versetur. In ipsâ Gemmâ nostrâ duas varias figuras litterae ر habes. — Extrema denique hujus vocis pars, incertum, pro duabus litteris ى , an pro unâ ن habenda sit. Priorem rationem ubi sequeris, pronuntiare licet vel بى *bi* vel تى *ti* vel سى *si* vel نى *ni*, vel يى etiam. Altius erectam figuram prioris litterae tuetur nomen جانى in multis *numis Dschani-Bek-Chani* (veluti *Mus. Acad.* Petrop. N°. 63, 94 al.). Tychsenio visum est legere نى *ni*, mihi بى *bi*, eoque pacto elicui vocabulum رابى. Quod ad alteram rationem, ei et ipsi fidem adstruere licet ex numis Cuficis. Similem litterae finalis separatae ن figuram, apice nimirum recto sursum vergente, monstrat vocabulum احدن in numis Kahir-billah a. 311, et nomen المهتدى in numo ipsius Muhtedi-billah. Quid? quod ille apex altius erectus vel litterae huic a dextrâ connexae nonnunquam manet, veluti in numis multis Isma'ilis, Emiri Samanidici, المكتفى ita scriptum, ut pro المكتفى, et in numo Leilae filii No'mani (vid. *Prolus.* meam p. 45 sq.) ليلى ita, ut pro ليلى habere possis. Hac igitur admissâ ratione, prodit lectio ران.

هذر) Ad tuendam primae litterae lectionem jam supra adduxi وحده numorum Cuficorum, ut in *numo Panormi* cuso, in Tychs. *Addit.* Tab. I, N°. 9., adde et حسبى الله in Adleri *Mus. Cuf.* II, N°. XLIV. Mediam ذ simillimam habes in احد et يولد, *Epitaph. Panormit.* apud Ros. Greg. pag. 146. et in *Kiblâ Kordub.* (v. supr. ad. حزم). Litterae autem ultimae in altum retorsae figuram probat, alia ut taceam, المعمورة in *Pallio Imperat. Germ. inaug.*

Cuficis a me in Neschica transcriptis fide factâ, congruantne haec cum linguae Arabicae usu eoque plus nanciscantur ponderis, exponere fas est.

ليس يتخلى من التقدير) Verbum خلا *vacuus fuit*, ut locus ab incolis etc., transfertur ad *animum curâ, sollicitudine aliisque affectu vacuum*, e. c. *Poët.* apud Elmac. 225: لم اخل قط من اشفاق *nunquam liber metu fui;* et alius apud Golium ad Erpen. *Tyroc.* pag. 158. يخلو من الهمّ *vacat sollicitudine.* Sed vel suppresso affectus vocabulo (24) eàdem vi gaudet, veluti in sententiâ apud *Gol.* l. c. p. 271 obviâ; لا تخل من عدوك عاقل او جاهل فاحذر حيلة العاقل وجهل الجاهل *ne sis vacuus ab inimico tuo* (i. e. ne sis vacuus s. exemtus metu inimici tui, seu, ne male securus sis ab inimico tuo) *sive prudente illo sive stulto; sed cave, ut prudentis astutiam, ita stulti stoliditatem.* Adde Kaswin. in S. de Sacy *Chr. Arab.* p. 567 l. 5. Potissimum autem hic usus absolutus viget in Participio Passivi خلىّ, veluti *Diwan Huseil.* (apud Schultens. ad *Iob.* p. 843. Dscherir apud Reisk. ad Abulf. *Ann.* II, pag. 620.) نام الخلىّ *dormit curis vacuus* (25), et *poëta* apud Lett. ad Caab. p. 96: الخليّون نوم *curis vacui dormiebant* (sic verte. Male Lette: *Amici somnolenti erant*), quo sensu tamen nonnunquam addunt البال, ut Ibn-'Arabschah II, 434: خلىّ البال لا يخشى معادا *homo securi animi non timet diem, quo ad deum redeundum.* Jam quum Forma quinta plerumque secundae passivum sit, secunda autem significet: *vacuum reddere*, vides eam fere cum primâ convenire, *vacuus est effectus, vacuus fuit.* Wan-kuli: التخلّى برنسنه‌دن فارغ اولمق تقول تخلّيت اذا تفرغت Quidni igitur verteris: ليس يتخلّى من التقدر حزم الخ *non est vacua a fato divino prudentia* etc. i. e. nec

(24) Quemadmodum et in فرغ observare est, e. c. S. de Sacy *Chrest. Arab.* p. 365: افرغ et Ibn-'Arabsch. II, 386: البال الفارغ

(25) Adde Kall. *Philos. Arab. popul.* p. 183: تنام عين من الهمّ خالية

prudentia exemta est metu fati. ليس autem loco τοῦ ما vel لا positum, ut passim e. c. حبّة من الجوهر ليس يتقوّم لها ثمن

Supra diximus, ductus Cuficos aliam etiam lectionem pati, nempe للحَلّ. Circa eam haec observanda sunt. Verbum حلّ propr. *solvere*, ut nodum, *denodare*, inde 2) *καταλύειν*, *divertere aliquo, descendere alicubi* (propr solvere jumentum, seu ex itinere soluto jumento descendere in diversorium); inde porro per metaphoram 3) *descendit* in aliquem ira dei, vindicta s. poena divina, calamitas, et, quod ad caussam nostram facit, *fatum divinum*. Sic *poëta* nescio quis: تحلّ القضاء بالصيّاد *coelo ruit fatum in venatorem*, et Ibn-'Arabsch. II, 58: حلّ بهم ريب المنون *descendit in ipsos inevitabile fatum*. Conferatur verbum نزل *descendit*, 2) *diversatus est*, 3) *coelo descendit poena divina, mors, fatum*, et انقضّ القضاء *coelo praecipitavit fatum*, ad instar vulturis in praedam ex alto irruentis. Jam Masdara quidem حَلّ et حُلول ad hanc potestatem metaphoricam a Castello certe et Wan-kulio non video relata esse. Apud posteriorem haec inveni: ايضا يقال حلّ بالمكان حَلّاً وحلولاً ومحلاً اذا نزل نزولاً Sed non video quid impediat, quominus ambobus, praeter sensum proprium, metaphoricus ille quoque tribuatur. Atque sane حُلول passim hac vi gaudet, veluti *Bord.* v. 60: قد انذروا بحلول البوس والنقم *jam portentus ipsis est descensus calamitatis et vindictarum divinarum*, et *Liber Bedajet-el-hedajet* p. m. 6: ان وُفّق للتّوبة قبل حلول الاجل *si secundatus a deo est ad resipiscentiam ante descensum necessitatis fatalis*. Quidni eodem sensu etiam حَلّ in nostrâ sententiâ poëticâ adhibitum censeamus, et vertamus الحلّ من القدر *de-*

scensus fati divini? من quidem Genitivo circumscribendo inserviente, ut passim apud poëtas Arabicos (velut Elmac. 52. 146. Abulf. Ann. I. not. 142. et 68. etc.) quâ in caussâ nunc post, nunc ante regens ponitur. Esset igitur idem atque حُلُّ القدر. ل autem in للعل positum pro عند vel مع censendum foret: *nulla est prudentia ad descensum fati; ingruente fato non habet locum prudentia* (coll. Hist. X Ves. 18: ليس حيلة مع سوء الحظ), vel etiam pro على *contra* (ut Schultens. *Monum.* p. 20. 28): *non est prudentia, nulla est, non prodest, contra fatum ingruens, ad repellendum fatum ingruens.* Atque integra epigraphe ita sonaret germanice:

Wenn Gottes Verhängnifs herniedersteigt,
Dann späh'nder Bedacht und Vorsicht weicht.

Quâ cum sententiâ conferendae essent, quas in جامع الفنون s. *Collectione rerum utilium ex omni scientiarum genere* (MS. Musei Asiat. Petrop.) deprehendi: اذا حلّ القدر بطل الحذر i. e. *quum descendit fatum, frustra est cautio* et لا حذر من قدر *contra fatum cautio nulla est;* quae sane et *sensu* et *verbis* et *rhythmo* prope ad nostram accedunt, ut fere suspiceris, eas ante oculos versatas esse auctori gemmae nostrae. Haec utut probabilitatis speciem prae se ferant, nolo tamen hanc lectionem urgere. Progrediamur ad illustranda, quae jam sequuntur, vocabula.

القدر) Verbo قدر, tam in primâ quam in secundâ formâ, praeter alias potestas inest *decernendi, praefiniendi, praedestinandi.* Peculiariter de *Deo* usurpatur, uti Elmac. p. 36: اذا قدر الله امرًا قدر اسبابه *Deus, quum decernit rem aliquam, ejus etiam media* (nexus) *decernit,* et Caabi *Carm.* ed. Lette v. 36: كلّما قدّر الرحمن مفعول *quidquid Misericors decernit, fiet.* Inde inter الاسماء الحسنى s. epitheta Dei invenitur القادر (v. *Koran.* ed. Mar. Tom. II, p. 414. Tychs. *Catal. Arab.* pag. 23. coll. nom. عبد القادر) quod,

etsi plerique ex aliâ hujus verbi vi vertant: *praevalens*, *potens*, equidem mallem vertere: *praedestinans*, *sapienter ex aeterno decreto res omnes disponens*. In verbi Passivo quoque illa notio peculiaris obtinet, veluti *Poëta* dixit apud Temimium in Vat. et Rinck. *Ar. Les.* pag. 120: قدر البين بيننا فافترقنا *separatio inter nos decreta* (a Deo s. a fato) *est*, igitur *alter ab altero discessimus*, et *Poëta* alius apud Abulf. in *Annal.* T. III, pag. 644:

لا يقدر لى الا مرافقة الملاح *mihi non decernitur* (a Deo, seu a fato) *nisi cum nautis societatem gerere*, mihi fatum est cum solis nautis societatem gerere. Ellipsin *Dei* in Passivo non est quod mireris. Est enim ea linguae Arabicae indoles, ut in verbo passivo id, quod in activo ejus subjectum constituebat, raro aut nunquam praepositionis ope exprimant. Aut omittere solent, ut cum dicunt مدينة فلانة المحروسة pro المحروسة بالله, aut activum potius adhibendo evitant: ut مدينة فلانة حرسها الله. A verbi hujus formâ primâ descendunt masdara قدْر et قدَر (26), a secundâ تقدير: τo *decernere*, *determinatio*, *praefinitio*, mox, siquidem masdaris etiam vis passiva inest, *id quod decernitur*, *quod decretum est*, *decretum*, et sive addito الله (قدر الله, تقدير الله) sive praefixo articulo (القدر, التقدير) *decretum dei*, *decretum divinum*, dei voluntas, quâ bonum malumve ab aeterno determinatum, quod mortalis nullâ cautione evitare, nullâ ratione neque retardare neque accelerare potest, inevitabile fatum (27). Quamquam hîc distinxerunt Mu'hammedanorum theologi inter القضاء et القدر ita quidem, ut prius sit decretum divinum universale aeternum circa rerum creatarum ab aeterno ad aeternum ordine sibi succe-

(26) Cum plur. اقدار qui in Lexicis desideratur.

(27) Juvabit annotare hac eâdem vi المقدار etiam gaudere, id quod a lexicographis non observatum esse video. Adi Ibn-Doreidi *Poëm.* v. 62 et 214 ed. Scheid. ubi ejus singularem, et ibid. v. 36. Schult. *Monum.* 2. 57. 62. Abd-ul-latifi *Mem. Aeg.* p. 54. 152, ubi ejus pluralem مقادير habes; quamquam hunc quidem numerum etiam a مقدور derivare liceat.

dentium statum, posterius autem dispositio hujus status rerum singularum, quâ suis quaeque temporibus modisque et caussis in medium producuntur; quo pacto القضاء est decretum quatenus ab aeterno apud deum est et ab eo proficiscitur, providentia dei aeterna, القدر autem hoc ipsum decretum divinum quatenus suo tempore modoque ad effectum adducitur, providentia actualis (28). Inde haec duo vocabula ubi juncta, ut passim fit, occurrunt, القضاء primum locum occupat, veluti Beha-ed-dini *Vita Saladini* pag. 15: لما ابدت الاقضية والاقدار ما في مكنونها, Ibn-'Arabschah *Vit. Timuri* I. p. 62: نزل مستسلما للقضاء والقدر. Attamen quia significatu inter se parum differant, haud raro promiscue usurpantur, veluti sententia, quae apud Kallium in *Philosoph. Arab. populari* p. 20 sonat: اذا وقع القدر عمي البصر, apud Herbelot. III, pag. 477 (ed. germ.) habet: اذا جاء القضاء عمي البصر, eâdemque in caussâ etiam verba قضى et قدر versantur, coll. *Kor.* 8, v. 43: ليقضي الله امرا كان مفعولا cum Caab. v. 36: كما قدر الرحمن مفعول.

حزم) Ad hujus vocis vim rite explanandam non sufficiunt neque Wan-kuli, qui habet: حزم بر كيمسنه كندي احوالن ضبط وتدارك ايتمكه ديرلر seu حزم *est quum quis res suas bene administrat iisque rite providet*, neque Meidani (apud Reisk. ad Abulf. *Ann.* II, not. 256): الحزم حفظ ما كلفت وترك ما كفيت i. e. حزم *est, commissorum satagere, et missum facere id, in quo alii sufficiunt ita ut te non sit opus.* Imo denotat *providum et consiliorum cautum animum, prudentiam circumspectam.* Usus hanc notionem tuetur. Habe exempla. '*Hamas.* p. 424: ظاعن بالحزم حتى اذا حلّ حلّ الحزم حيث يحلّ verte cum Reiskio: *quem proficiscentem prudentia et circumspectio tam nunquam deserit, ut ea ibi sua figat tentoria, ubi ille suum figit.* *Poët.* in Abulf. *Ann.* IV, 598: جاءنا بعزم وحزم *venit*

(28) Vid. Pocock. ad *Specim. hist. Arab.* p. 207 seqq. Hottingeri *Histor. Orient.* (ed. 2.) p. 572 sq. Herbel. *Bibl. Orient.* art. *Cadha.*

ad nos cum virili et constante, sed circumspectâ prudentiâ. Golius ad Erpen. *Tyr.* pag. 265: ظنّ السوء بالناس من الحزم *cautae prudentiae est, inique opinari de hominibus.* Adde et Ibn-'Doreid. v. 165. Schult. *Monum.* pag. 10. Ibn-'Arabschah II, 8: ذوو الراى السديد والحزم. Inde passim apud Ibn-Sinam — فمن الحزم vel — وذلك هو الحزم *cautae prudentiae autem est, sic medicum cautum et circumspectum agere fas est;* et طبيب حازم apud Elmacin. pag. 123 non est *medicus insignis*, sed *med. caute et considerate in curandis morbis agens.*

رابى) Radicis rarioris ربأ integrum articulum ex Wan-kulio proferre placet, quo conferri posset Turca Interpres (et in aliis quidem Epitomator etiam) cum Arabe Dscheuhario apud Scheidium p. 92 sq. المَرْبَأة كوزه‌دجك ير مرقبه معناسنه المَربأ بمعناه المُرْتَبأ كذلك ومنه قيل لمكان البازى (البازى .l) الذى يقف عليه مربأ الرَّبْأ كوزتمك يقال ربأت القوم اى رقبتهم الارتباء بمعناه يقال ارتبأتهم ونظر ايتمك معناسنه‌ده كلور يقال ربأ لنا فلان وارتبأ اذا اعتان والربأ والارتبأ يوقرو چقمق معناسنه ده‌كلور يقال ربأت المرباة وارتبأتها اذا علوتها واعتبار معناسنه‌ده كلور يقال ما ربأت رباء فلان اى ما علمت به ولم اكترث (اكترث .l)له اى لم ابال به الربئ على وزن فعيل والربيئة قراول كه عسكرده دشمن جانبنه تورلر جمعى الربايا كلور وقولهم انى لاربأ بك عن هذا الامر اى ارفعك عنه المرابأة على وزن المفاعلة صقنمق حذر ايتمك معناسنه تقول ربأت الشى مرابأة اذا حذرته واتقيته

Itaque quod in lectione meâ cernitur participium رَابِئ (pro quo et رَاب dicunt) valet: *speculans, explorans, excubitorem agens.* Tali epitheto quidni in genere dicendi sublimi vel poëtico apte et commode ornetur prudentia cautiove, oculos quasi ipsa circumferens, ne quid mali ex improviso obruat? Atque sane in simili caussâ

usurpatum idem habes a poëtâ in Schultensii *'Hamasâ* pag. 400, qui de heroë forti simul et circumspecto: يجعل عينيه رابئةَ قلبهٖ التى سلّةٌ من حدّ اخلق „*constituit oculos suos speculatores sui cordis adversus evaginationem mucronis glabrum nitentis.*"

ذ. Sin vero ductum illum Cuficum finalem non pro ى, sed pro ن habere placet, quod sane admitti posse supra probavimus, tunc lege حزمُ رانٍ *cautio consilii*, *providus et cautus in consiliis capiendis animus*, ut exstat apud Elmacin. pag. 67 حازم فى رأيه

ولا) *neque*. Sic tandem, ubi praecesserit وليس, optime locum suum occupat hoc و τῷ لا antepositum. Sic dicunt: ليس يصلح لك ولا يليق بك et simil.

حذر) Wan-kuli: الحذر حانك كسرى وذالك سكونيله والحذر فتحتينله صقنمق تحذر (? تحرّز .l) معناسنه يقال حذرت الشئ احذره حذرا من الباب الرابع حذرٌ i. e. والحذر حانك فتحى وذالك كسريلة احتراز ايدبجى كمسنة متنبة معناسنه *et* حَذِرٌ *significant: sibi cavere. Dicunt:* حَذِرْتُ الشيءَ*, in Aor.* أحْذَرُهُ *in masd.* حَذَرًا*, pro: cavi aliquam rem.* حَذِرٌ *denotat hominem qui sibi cavet*, *cautum et vigilem.* — Estque omnino in hac radice vis *sibi cavendi*, *metuendi cum cautione*, *metûs conjuncti cum studio evitandi*, *quod metuitur.* Exempla omnem paginam occupant, حَذَرٌ (quod passim in exclamatione repetitur, veluti اَلْحَذَرَ اَلْحَذَرَ *cautionem! cautionem!* pro: *cave*, *o cave!*) opponitur τῷ أمْن *securitati*, *quum quis omni periculorum metu exsolutus est*, denotatque: *sollicitudo*, *metus periculorum*, *animus periculorum metu turbatus*, ut in illo *poëtae* in Abulf. *Annal.* II, pag. 410:

كلّ امن الى حذر *omnis securitas tandem evadit in sollicitudinem*, et in hoc alius poëtae apud Jones. in *poës. Asiat. Comment.* p. 278 (ed. Lips.) العيش سطران ذا امن وذا حذر *vita duobus constat ordinibus, securitate et sollicitudine.*

Tantum ad probandam Arabicorum a me datorum fidem. Quod superest حَذَرْ scripsi pro حَذَرٌ, et القَدَرْ pro القَدَرُ, ut distichon sit ὁμοιοτέλευτον, qualis apocope a prosodiâ Arabicâ admittitur.

Quod denique attinet ad ipsam sententiam, quam lectio meâ suppeditat, eam apto commodoque esse sensu, et opinioni praeceptoque sacro populi ejus, unde ipsa inscriptio profecta est, plane congruere,

non hoc, quae centum continet urbes,
Quamvis sit mendax, Creta negare potest.

Quem enim fugit illa, quae doctrinae Mu'hammedicae sectatores tenet, de *decreto absoluto (de praedestinatione, fato inevitabili)* communis opinio ex ipsorum hausta sacro codice? (ut S. 17, v. 14. 3, v. 139.) Doctores Mu'hammedici licet dogmatis hujus sensum prudenter circumscripserint et temperârint, ad solum animi hominum statum adque vitam futuram restringendo et liberum homini in hac vitâ rebusque suis attribuendo arbitrium; nihilosecius omnes fere Mu'hammedani quam opinioni de fato inevitabili indulgeant constât. Putant non solum hominum alios, deo probatos (qualem سعيد vel مقبل dicunt), aeternae felicitati, alios, a Deo repudiatos (qualis شقي vel مدبر vocatur) aeternae infelicitati ab aeterno et immutabili decreto divino destinatos esse, sed etiam nihil sive boni sive mali in hac vitâ accidere, quin ab aeterno jam sit decretum, nec ullâ prudentiâ humanâ vel accelerari vel evitari posse;

mori debuisse, qui in bello ceciderint, etiamsi domi resedissent; horam fatalem unius cujusque fronti occultis litteris a manu divinâ esse inscriptam, etc. Atque hac quippe opinione imbuti, constat, quam torpere soleant ad calamitates, quae forte ingruunt, quam fere negligant capere consilia et remediis uti, quibus avertant vel imminuant pestis, incendiorum aliarumque calamitatum frequentes atque funestas clades, quam passim coeco impetu se offerentes in ipsum capitis discrimen, in praesentissima belli pericula, summae fortitudinis exempla exstiterint. Inde fit, ut semper illis in ore sint sententiae huic opinioni faventes, utque Arabum, Persarum, Turcarum libri et prosaïci et poëtici pleni sint sententiis hoc idem dogma aliis alio modo repetentibus. En tibi ex ingenti numero paucas.

الاقدار لا تغلب *non vincuntur fata.* Cui geminum illud *Persarum:* با قضا کارزار نتوان کرد *cum fato pugnari haud licet.* — ما للعبد من الذي يقضي به الله امتناع *homo ab eo, quod in ipsum decrevit Deus, defendere sese nequit.* اذا جاء القضا عمي البصر *fato irruente visus s. intelligentia coecutit.* اذا حلّت المقادير بطلت التدابير *fata quando descendunt,* (hominum) *consilia frustra sunt.* اذا نزل (29) القدر بطل الحذر *fato descendente prudentia frustra est.* Quibuscum confer *Persarum* hoc: چون قضاى الهى نزول يابد ديدهء بصيرت را نه روشنى ماند ونه تدبير وخرد نفع رساند *Decreto divino descendente, neque oculo attentionis sua manet acies, neque consilium vel judicium aliquid prodest;* et *Turcarum:* قضاء كلدكده ديدهء دانش كور اولور *Fato ingruente oculus intellectus occoecatur,* et تقدير تدبيرى بوزر *decretum* (divinum, fatum) *consilia* (humana) *destruit;* quae duo posteriora et *Tataris* frequentata: قضاء كلسه كورر كوز كورمز اولور *Fato irruente vel apertus oculus coecatur,* et خدا انك تقديرى تدبير برله بوزلمز *Dei decretum consilio* (hominum) *non rescinditur.* — اذا وقعت سهام القضاء نثرت حلق النثرة القضّاء *quum decidunt sagittae decreti divini* s. fati, *annuli loricae com-*

---

(29) Seu حلّ

pactissimae defluunt. Similiter *Turcae:* چون تیر قضا کمان قدردن اتلور سپر حذرايله دفع اولنمز *quum sagitta fati ex arcu decreti divini emittitur, scuto cautionis repelli non potest.* — الموت انما هو قضاء مكتوب على الجبين فان كان قد كتب على الجبين شيء فلا بدّ ان يصل، ولا ينجى منه جهداً ولا احترازاً ولا حذراً *mors est decretum divinum inscriptum fronti hominis; inde si quid fronti inscriptum est, accidat oportet nec evitari potest ullo studio et cautione et prudentiâ.* Similiter *Turcae:* باشده يازلش اولان كلمكى واجب در *capiti* (hominis) *quidquid inscriptum est, accidat necessum est.*

Sisto calamum; jam enim *sat prata biberunt.* Vel ex adductis exemplis satis superque intelligitur, quam adamata et trita Mu'hammedanis et quam alio ab aliis modo variata sit sententia ea, quam e gemmae nostrae ductibus Cuficis eruderavi. Quin vidistis inter citatas, quae, non sensu tantum, sed oratione etiam quodammodo ad nostram accedunt. Haec ipsa si forte aliquando in libro aliquo deprehenderetur, appareret, quatenus scopum ferierim.

Juvat in extremâ hac commentatione varias, quas haec gemma nacta est, interpretationes Italico quidem idiomate expressas (ad Italiam enim potissimum attinet) *junctim contuendas* proponere:

I. G. C. Adleri:

Tutto ciò che è vero e giusto viene da Dio;
Chiunque vede questo, certamente non erra.

Berolinensis cujusdam:

La tranquillità dell' animo scaccia le acerbità del Fato.
Il flexibile giumento non cosi presto muore.

O. G. Tychsenii:

La mia grazia à più di merito chè la potenza;
La vigilanza è l'ornamento mio, ma non l'inerzia.

Ejusdem:

L'ornamento è qualche cosa più preziosa che la potenza;
La costanza è il mio ornamento, e non il timore.

C. M. Fraehnii:

Prudenza avveduta e cauzione invano
Dal timor del Fato corron lontano.

Ejusdem:

Quando il Fato divin dal Ciel discende,
La più cauta prudenza a nulla intende.

Scr. anno MDCCCXVI.